V. Cùm variabilis & verſatilis Philippus videret hanc Lutherani Euangelij normam, vel, vt veriùs dicam, Leſbiam regulam à ſe huc illuc diſtortam hominibus curioſis & nouitatis amatoribus bellè placere, eiusque licet inter ſe diſſidentia exemplaria quoquouerſum facilè diſſeminari non deſtitit, pro ſua audaci impudentia, quoties eadem Confeſſio prælo danda fuit, toties ei aliam formam induere, plurimis verbis & ſententijs tranſpoſitis, expunctis, diffuſius expoſitis, ambiguo orationis genere velatis; prioribus Lutheranorum opinionibus aut obſcuratis; aut ab abiectis, ac nouis introductis, compluribus denique mẽdaciorum plauſtris accumulatis. Non diſſimulant hoc ipſimet Lutherani, præſertim Flacciani ſiue Rigidi, qui Philippum deteſtantur,

diriſ-

Pappus, aliijque Lutherani Prædicã-tes Confessionem Latinam in quarto editam prorsus reijciunt, damnãt & Papisticam appellant. Quis hic nõ videt Lutheri & Philippi proiectam audaciam, quam suis sectatoribus ita imponere, sibi suæque religioni hanc sempiterni dedecoris notam inurere non sunt veriti? Quis non agnoscit eos spiritu vertiginis circumactos à primo defectionis suæ tempore, vsque ad supremũ vitæ diem nihil aliud egisse, quàm vt suis contradictionibus suam doctrinam anteacto tempore traditam & publicatam euerterent, nouis semper, & quæ prioribus ex diametro opposita essent dogmatibus, introductis?

IIII. Qua constantia Philippus initio Latinam Cõfessionem tractauit; eâdem tractauit Germanicam. Testantur hoc exemplaria VVittenbergæ Anno 1531. & Norimbergæ Anno 1532. edita, quæ in multis articulis ab Originali suo, & à duabus prioribus Latinis editionibus, quoad verba & res ita dissident, vt Cõfes-

sio

ſio quidem multis in locis inuerſa, Apologia verò planè renouata ſit;id quod veriſſimum eſſe intelliget, qui harum editionum exemplaria in manus ſumere, perueſtigare, & inter ſe conferre voluerit.

V. Cùm variabilis & verſatilis Philippus videret hanc Lutherani Euangelij normam, vel, vt veriùs dicam, Leſbiam regulam à ſe huc illuc diſtortam hominibus curioſis & nouitatis amatoribus bellè placere, eiusque licet inter ſe diſſidentia exemplaria quoquouerſum facilè diſſeminari non deſtitit, pro ſua audaci impudentia, quoties eadem Confeſſio prælo danda fuit, toties ei aliam formam induere, plurimis verbis & ſententijs tranſpoſitis, expunctis, diffuſius expoſitis, ambiguo orationis genere velatis; prioribus Lutheranorum opinionibus aut obſcuratis; aut ab abiectis, ac nouis introductis, compluribus denique mēdaciorum plauſtris accumulatis. Non diſſimulant hoc ipſimet Lutherani, præſertim Flacciani ſiue Rigidi, qui Philippum deteſtantur,

diriſ-

Pappus, alijque Lutherani Prædicātes Confeſſionem Latinam in quarto editam prorſus reijciunt, damnāt & Papiſticam appellant. Quis hic nō videt Lutheri & Philippi proiectam audaciam, quam ſuis ſectatoribus ita imponere, ſibi ſuæque religioni hanc ſempiterni dedecoris notam inurere non ſunt veriti? Quis non agnoſcit eos ſpiritu vertiginis circumactos à primo defectionis ſuæ tempore, vſque ad ſupremū vitæ diem nihil aliud egiſſe, quàm vt ſuis contradictionibus ſuam doctrinam anteacto tempore traditam & publicatam euerterent, nouis ſemper, & quæ prioribus ex diametro oppoſita eſſent dogmatibus, introductis?

IIII. Qua conſtantia Philippus initio Latinam Cōfeſſionem tractauit; eâdem tractauit Germanicam. Teſtantur hoc exemplaria VVittenbergæ Anno 1531. & Norimbergæ Anno 1532. edita, quæ in multis articulis ab Originali ſuo, & à duabus prioribus Latinis editionibus, quoad verba & res ita diſſident, vt Cōfeſ-

ſio quidem multis in locis inuerſa, Apologia verò planè renouata ſit; id quod veriſſimum eſſe intelliget, qui harum editionum exemplaria in manus ſumere, perueſtigare, & inter ſe conferre voluerit.

V. Cùm variabilis & verſatilis Philippus videret hanc Lutherani Euangelij normam, vel, vt veriùs dicam, Leſbiam regulam à ſe huc illuc diſtortam hominibus curioſis & nouitatis amatoribus bellè placere, eiusque licet inter ſe diſſidentia exemplaria quoquouerſum facilè diſſeminari non deſtitit, pro ſua audaci impudentia, quoties eadem Confeſſio prælo danda fuit, toties ei aliam formam induere, plurimis verbis & ſententijs tranſpoſitis, expunctis, diffuſius expoſitis, ambiguo orationis genere velatis; prioribus Lutheranorum opinionibus aut obſcuratis; aut ab abiectis, ac nouis introductis, compluribus denique mēdaciorum plauſtris accumulatis. Non diſſimulant hoc ipſimet Lutherani, præſertim Flacciani ſiue Rigidi, qui Philippum deteſtantur,

norma & regula Lutheranæ fidei, inuictiſſimo Imperatori Carolo V. & Imperij ordinibus, ſimul exhibita, verbis & ſenſu in omnibus penè articulis inter ſe diſſentiunt, vt mirum ſit, cur Philippus Cõfeſſionis architectus, eiusq; collegę auſi fuerint ita illudere ijs, qui eidem Confeſſioni ſubſcripſerunt, videlicet Electori Saxoniæ, ſex Principibus, & duabus Ciuitatibus.

II. Philippus ex Comitijs Auguſtanis domum reuerſus, circa initium Anni 1531. VVittenbergæ eãdem cõfeſſionem Latinè & Germanicè imprimi curauit, ſed planè ab originali diſſentientem, præſertim in decimo art. qui eſt de Cœna, in quo tam inſignis facta eſt mutatio, vt Originale tradens, *corpus & ſanguinem Chriſti verè ſumi ſub ſpeciebus panis & vini*, planè Catholicã, ſeu, vt vos dicitis, Pontificiam ſententiam expreſſerit: iſta autem VVitenbergenſis impreſſio, *Corpus & ſanguinem Chriſti verè diſtribui veſcẽtibus in cœna Domini*, nihil omninò à Caluiniana opinione diſcreparit, & Caluiniſtis feneſtram

peruerit,

peruerit, vt tutò in Augustanam Cõfessionem irrepserint. Nam in Colloquio Possiaceno, Anno 1561. Caluinus, Beza, Martyr, Marloratus, & alij gregales hunc 10. articulum sic à Philippo mutatum approbarunt, ac eo errorem suum Sacramentariam stabilierunt.

III. Lutherus & Philippus in sua hæretica quidlibet audendi licentia longius progressi, eodem Anno 1531. VVittenbergæ ex eadem officina Cõfessionem Augustanam Latinam iam à se mutatam & deprauatam, in quarto & octauo vno eodemq́; tempore euulgarunt. Quę duæ editiones, licet ab ijsdẽ authoribus, eodẽq́; loco & tempore adornatæ sint; verbis tamen & Sententijs inuicem mirificè pugnant; Nam, vt alias contradictiones tacitus præteream, Confessio in quarto edita Transsubstantiationẽ, vobis Lutheranis execrabile portentum, disertis verbis admittit, & ex Græcorum Canone Missæ, & Theophylacto confirmat. At Confessio in octauo edita nihil istorúm habet. Ob hanc caussam Heshusius,

ſio quidem multis in locis inuerſa, Apologia verò planè renouata ſit; id quod veriſſimum eſſe intelliget, qui harum editionum exemplaria in manus ſumere, perueſtigare, & inter ſe conferre voluerit.

V. Cùm variabilis & verſatilis Philippus videret hanc Lutherani Euangelij normam, vel, vt veriùs dicam, Leſbiam regulam à ſe huc illuc diſtortam hominibus curioſis & nouitatis amatoribus bellè placere, eiusque licet inter ſe diſſidentia exemplaria quoquouerſum facilè diſſeminari non deſtitit, pro ſua audaci impudentia, quoties eadem Confeſſio prælo danda fuit, toties ei aliam formam induere, plurimis verbis & ſententijs tranſpoſitis, expunctis, diffuſius expoſitis, ambiguo orationis genere velatis; prioribus Lutheranorum opinionibus aut obſcuratis; aut ab abiectis, ac nouis introductis, compluribus denique mēdaciorum plauſtris accumulatis. Non diſſimulant hoc ipſimet Lutherani, præſertim Flacciani ſiue Rigidi, qui Philippum deteſtantur,

diriſ-

dirisque deuouent, quod tam inconstanter & mutabiliter versârit Lutheranæ fidei fundamentum, Confessionem Augustanam; vt videre est in actis Colloquij Altenburgensis, vbi longissima & molestissima habetur disputatio inter Philippicos siue Molles, & Flaccianos siue Rigidos Lutheranos, quænam sit genuina Confessio Augustana, quæ notha: vbi Philippici fatentur Philippum, sciente & annuente Luthero, Confessionem & Apologiam mutasse, auxisse & correxisse Anno 1538. & 1540. & 1541.

VI. Non solùm Lutheri & Philippi temporibus Augustana Confessio toties mutata & interpolata est; Sed etiā ipsis ad Tartara detrusis, sic frequentata est hæc mutatio vsque ad Annum 1580. vt interim Lutherani genuinam Confessionem neq; Latinè, neque Germanicè impressam viderint, sed alias Cōfessiones, titulum quidem illius genuinę præ se ferentes, verbis tamen & sententijs, tū ab illa, tum inter se plurimum dissidentes. Neque id mirum est. Nam

genui-

genuina Cõfeſſio, eo ipſo anno (1531) quo Auguſtæ concepta & nata eſt, Auguſtæ quoque exſtincta eſt. Siquidem à Theologis Catholicis refutata, & ab imperatore Carolo V. publicè damnata fuit in generali receſſu; cui damnationi ſubſcripſerunt Electores V. Eccleſiaſtici Principes XXX. Seculares XXIII. Abbates XXII. Comites & Barones XXXII. Ciuitates liberæ & Imperiales XXXIX. cum ipſi Confeſſioni ſolũ ſubſcripſerint, Elector I. Principes VI. Ciuitates II. Quocirca meritò Philippus lib. 1. Epiſt. in Epiſt. ad Ioãnem Obernburgerum ita ſcribit. *Non delector recordatione Comitiorum Auguſtanorum, in quibus triſti ac atroci ſententia damnati ſumus.* Nec ſolum Auguſtæ Confeſſio vixdum nata, extincta fuit; ſed etiam per totos annos quinquaginta in Lutheranorum archiuijs, grammatophylacijs, bibliothecis, apud Dominos, Miniſtros prædicantes mirificè reperiri potuit authenticum aliquod & incorruptũ eius exemplar. Nam Anno 1580. cum tandem aliquando Lutherani ocu-

rana officina in lucem editam aspexerit.

Tam fœdè igitur & miserè Lutherani Confessionem fidei siue fundamentū tractarūt; toties mutarûnt & interpolarûnt; vt nullum fidei Symbolū, nulla Confessio iā indè à primordijs nascētis Ecclesię perindè tractata, inuersa & innouata lucē vnquā viderit, & mirum est potuisse homines reperiri, qui eā amplecterētur. Illud verò magis mirandū, quod spatio quinquaginta annorum, quibus genuiua Cōfessio Germanica (vt nihil de genuina Latina ab ea planè dissētiēte, quæ nōdū lucē vidit, dicā) Prædicantes & alij in Confessionis Augustæ exhibitæ verba iurare, & in omnibus disputationibus, Comitijs Imperialibus, Colloquijs, alijsque cōgressibus eam profiteri debuerūt; cum tamen vbi ea delituisset, nulli ipsorum constaret. Incerta igitur & temeraria fuerunt talia iuramenta, incerta Lutheranorum dogmata. Quare sempiterna memoria digni sunt, Iacobus Marchio Badensis, Vdalricus Comes Helf- Vide Pistorium Motiuo quarto transmi-

fen-

grationis ad Catholicam religionem a Iacobo Marchione Badensi factæ Anno. 1591.

fensteinius, ac plures alij, variorum ordinum dignitate, virtute & doctrina præcellentes viri, qui ob tam fœdam Confessionis istius inconstantiam, & diuersas pugnantesque editiones ad Ecclesiam Catholicam redierunt, & ei æternum vale dixerunt Quorũ exemplũ, vt & vos, Prædicãtes Tremoniẽses, imitemini, omnesque ij, quibus vos nũc ad perniciẽ viã præitis, ex animo Deum Opt. Max. precor, & hortor, vt illud S. Basilij epist 73. expendatis? *Si alias licet, atque alias Confeßiones fidei scribere, & pro temporum varietate mutare, falsa est sententia eius, qui dixit, Vnus Dominus, vna fides vnũ, baptisma.* Illud item S. Hilarij ad constantium Augustũ: *Cùm secundùm vnum Deum, & vnum dominum, & vnum Baptisma: etiam fides vna sit; excidimus ab ea fide, quæ sola est; & dum plures fiunt, ad id cœperunt esse, vt nulla sit. Periculosum admodùm est, atque etiam miserabile, tot nunc fides exsistere, quot voluntates, tot doctrinas, quot mores.* Illud denique, quod S. Athanasius de inconstantissimis in sua secta Arianis post vltimum Symbolum

lum ab ipsis publicatum scripsit? *Ne hic quidem, sat scio, consistere poterunt, quotquot nunc hypocrisin istam induerunt, sed semper contra veritatem coniurationes inibunt, donec in se reuersi, & culpam agnoscentes, dicant: Surgite, abeamus ad patres nostros, & dicamus illis, anathemate detestamur Arianam* (Lutheranam) *hæresin, agnoscimus autem Nicænum* (Tridentinum) *Concilium. Cum eo enim illis hactenus omnis contentio est.*

S. Athan. de Syno. Arim. & Seleuciæ.



CAVSA QVINTA.

Augustana Confessio, quam Catholicos ipsi Tremonienses Prædicãtes profiteri volũt nõ est doctrina vniuersalis, sed, recens, in vna tantum Germaniæ parte, nostro tempore, quando Germania Christiana Religione iam antè erat imbuta, primùm nata; Ergo Catholici eam amplecti non debent.

HIc pro Catholicis fidelibus, me ex Archidiaconali officio interuenientem, pro illorum ac vestra salute Tremonienses Prædicantes, patienter, quæso audite. Ad alias iam ante allegatas causas, cur in Augustanam Cõfessionem, tuta & tranquilla conscientia existentes apud vos Catholici, iurare nõ possint, accedit QVINTA, eaque grauissima; Quod istius Confessionis doctrina non est vniuersa-

lis,nec antiqua,ſed recens, & proinde,neque Catholica, Et cum verus Chriſtianus, non aliud,quàm quod verè Catholicum,hoc eſt,antiquum & vniuerſale eſt, acceptare,& in Religione ſua profiteri poſſit;rectè Catholici Tremonienſes,cum Eccleſia per orbem terrarum in vnitate diffuſa,eam Confeſſionem profitentur ac fidem, quæ vbiq;, quæ ſemper, quæ ab omnibus eſt credita; quam ipſa vniuerſitas,antiquitas, & omnium gentium conſenſio commendat.In qua Confeſſione ſua Catholica, paucorum nouitati,vniuerſalem totius Eccleſiæ antiquitatem, diuerſorum populorum conſenſione roboratam,anteponunt. Quemadmodum enim generoſi ac nobiles,familiæ ac ſtirpis ſuæ vetuſtatem iactare ſolent:Ita in Eccleſiaſtica & Euangelica nobilitate,iuxta D. Pauli doctrinam,prophanæ Auguſtanæ Confeſſionis nouitati, veneranda, ſacrata, perſeuerans, atque fundata antiquitas eſt proponenda. Neque admittendum Catholicis aliquid, præter id,quod à Maioribus ſuis ,cũ

primis fidei suæ rudimentis acceperunt. *Catholicus* enim, ex Vincentij Lirinensis definitione, *in fide fixus, ac stabilis permanens, quicquid uniuersaliter antiquitas Ecclesiam Catholicam tenuisse cognouerit, id solùm sibi tenendũ credendumq́ decernit: Quicquid verò ab aliquo deinceps vno, præter omnes sanctos, nouum, & inauditum subinduci senserit, id, non ad Religionem, sed ad tentationem potius intelligit pertinere.*

Atque his ita præmissis ac veris, iure vos Prædicantes interrogo; Cur vniuersali totius Christianitatis doctrina, confessione ac fide derelicta, separatam, & auulsam à toto, partẽ Augustanam Patritij & Catholici Tremonienses amplecterentur? Cũ D. Augustino ex epistola 161. vos rursus quæro, *vt respondere non grauemini, quam causam fortè noueritis, qua factum sit vt Christus amitteret hæreditatem suam per orbem terrarum diffusam, vt subitò* in tota Vindelicorum Augusta, & in paucis Germanis, nec in ipsis omnibus *remaneret? Etenim Ecclesia & fides Catholica* etiam Anno

Ex Aug. epist. 161. quæ est ad Honoratũ Donatistarũ Episcop.

nimi-

nimirum 1530. quo vestra Confessio Augustæ nata est, erat Tremoniæ, & in tota VVestphalia atque VVandalia, ac in alijs mundi partibus. *Quia per omnem terram eam Deus esse voluit, atque prædixit. Pars autem vestra, quæ* Confessionis Augustanæ dicitur, *non est in omnibus illis locis, in quibus & litteræ, & sermo, & facta Apostolica cucurrerũt.* Cõsulite quæso hac de re latiùs eundem D. Augustinũ Epistola 170. 171. 173. 48. 50. 161. Et in psalmum 56. 57. 66. 85. 54. 18. 21. 22. Et plurima argumenta irrefutabilia, pro Catholica hac veritate inuenietis.

Similem ob causam D. Athanasius, Arianam Confessionem certo tempore & loco, Constantio Imperatori, post iam vbique diuulgatam fidem Catholicam, præsẽtatam, his verbis refutauit. *Quid*, inquit, *defuit Catholicæ Ecclesiæ ad pietatem, vt nunc primùm de fide quærendum videretur? Quin verbis suis de fide, Consules adscribũt sub quibus res acta est. Vrsacius enim & Valens, Germiniusq; cum cæteris suis gregalibus, id fecêre, quod ante nec factũ, nec auditum est apud Christianos. Quũ*

Athan. epistol. de Synodis Arimini & Seleuciæ habitis.

enim scripsissent eam fidem, quam voluerunt, addiderunt & Consulem & Mensem diemq́; eius tēporis, vt omnibus prudentibus palam facerent non olim, sed tunc demum eorum fidem sub Constantio, initium accepisse, & eam prius non fuisse.

Par omninò est ratio nouorum nostri temporis Euangelicorum, qui simili imprudentia ad illud Euangelium, & ad eam Confessionem se referunt, quæ anno 30 primùm nata, & Carolo V. exhibita fuit. Ita & Ioannes VVigandus in præfatione Methodi pro Ecclesia Magdeburgensi Anno 1560. edita asserit *iam à quadraginta annis Euāgelicam veritatem Germanis primùm innotuisse*. Quin & ipse Lutherus confirmat *Deum, veram Religionem, & fidem in Christum, suo primùm tempore VVittenbergæ patefecisse.* Et ea propter Pomerano suo prædixerat: *Quod quicunq; post mortem suam Scholæ & Ecclesiæ VVittenbergensis Religionem ac fidem contemneret, eum hominem esse perniciosum atque hæreticum.*

In ser. Cōuiualib[9].

Idem

Idem Lutherus Concione in Dominica Inuocauit, impressa VVittẽbergæ Anno. 1535. Jch bin der erst/ den Gott auff disen Plan gesetzt/ vnd dz es Gott offenbaret hat/ daß lauter Wort Gottes zu Wittenberg zu predigen.

Sed, aduersus hos omnes, idem, quã ante allegauimus audiatur S. Athanasius, qui à recentiore origine Cõfessionis Valẽtinianæ, contra Catholicam fidelium vnitatem, tale argumentum instituit. *Ante Valentinum*, inquit, *non fuerunt qui sunt à Valentino, neq; ante Marcionẽ erant, qui sunt à Marcione, neque omninò erant reliqui sensus maligni, quos supra enumerauimus, antè, quàm initiatores & inuentores peruersitatis eorum fierent.* Aduersus hæreses l 3. cap. 4.

Tertullianus eodẽ argumentandi modo, contra Nouatores procedit. *Apostoli*, inquit, *primùm per Iudæam contestata fidem IESVM, & Ecclesiis institutis, dehinc in orbem profecti, eiusdem fidei doctrinam nationibus promulgarunt, & proinde Ecclesias apud vnamquamque Ciuitatem condi-* Lib de prescrip. aduersus hæret.

derunt, à quibus traducem fidei, & semina doctrinæ, cætera exinde Ecclesiæ mutuatæ sunt, & quotidiæ mutuantur, vt Ecclesiæ fiant. Ac per hoc & ipsæ Apostolicæ deputantur vt soboles Apostolicarum Ecclesiarum. Omne genus ad Originem suam censeatur necesse est. Itaque tot, ac tantæ Ecclesiæ, vna est illa ab Apostolis prima, ex qua omnes. Sic omnes primæ, & omnes Apostolicæ, dum vnam, omnes probant vnitatem. Hæc Tertullianus. Iuxta cuius accuratissimam argumentationem, ex Originali & Matrice Ecclesia, fidei & doctrinæ veritas est inquirenda. Originalis autem vobis Tremoniensibus fidei, ac Religionis vestræ, Ecclesia fuit Metropolitana Coloniensis, quæ Christianæ institutionis doctrinam, à S. Materno viro Apostolico, S. Petri discipulo, accepit, eandemque ad hanc vsq; horam, continuata successione, incorruptam, & inuiolatam per Dei gratiam retinuit, vicinasque in gentes & oppida pientissimo zelo, transtulit. Et hac quidem ratione, Coloniensis Antistes, Tremoniensium

Diocæsanus constitutus, Ecclesiasticam iurisdictionem ab Apostolico tempore administrat, cuius quidem vigore, & auctoritate Archidiaconum vrbis vestræ, & latè circumiacentis ditionis vicinæ constituit, qui per suum Officialem, ordinariam iurisdictionem suam Tremoniæ admistrat. Testatur hoc ipsum iurisdictionis suæ tribunal, quod inuiolatum & integrum in Ecclesia S. Reinoldi etiamnũ conspicitur. Testantur idem Sigillata Instrumenta, diuersorum annorum Acta, Transactiones, Compromissa, Pastoratuũ vestrorum inuestituræ ac Institutiones, Processus, ac latæ sententiæ, ipsius etiam Senatus Tremoniensis literæ, & documenta, authentica, quæ penes Ecclesiam nostram Marianã, & me, inueniũtur plurima. Inter quæ, benè memorati Senatus literæ, sub magno sigillo Proconsulum, & Cõsulum nomine, per Secretarium Anno 1585. Die 30. Iulij datę: Quibus, post Dithmari VVicrodij, apud S. Reinoldum Pastoris decessum, modernus Ioannes Baropius, mihi

Tremonienſi ArchiDiacono, vti Paſtor præſentatus fuit. Hoc idem denique ipſe Baropius, vltimi Officialis noſtri filius, ex parentis apud vos defuncti Epitaphio, manifeſtiſſimè demonſtrare poterit.

Hæc igitur Religio, quæ à veſtra Metropoli, Eccleſia nimirum Apoſtolica, vobis Tremonienſibus tradita, ibidem, & apud vicinas gentes vna, catholica, & vniuerſalis fuit, falſitas & error eſſe non potuit. Aliam ergo particularem, vno ac ſeparato in loco recenter natam, Catholici veſtri Patritij ac ciues, ſalua conſcientia profiteri nequeunt. Quid enim? An, ſequentibus Tertulliani verbis vobiſcum loquar.

Imperialis & Hanſeatica Tremonia, vos prædicantes *primos expectauit veritatis præcones, & interea, id eſt, mille continuos annos ante, perperam ibidem euangelizabatur, perperam credebatur, tot millia millium perperam tincta, tot opera fidei perperam administrata,*

tot virtutes, tot charismata perperam operata, tot sacerdotia, tot ministeria perperam functa? Ex ipso ordine demonstratur, id esse dominicum, & verum, quod est prius traditum; Id autem extraneum & falsum, quod est posterius, per Augustanam Confessionē, & per vos, eiusdem doctrinæ ministros, *immissum. Edat Confessio vestra Ecclesiæ, & doctrinæ suæ origines, euoluat ordinem Episcoporum suorum ita per successionem ab initio decurrentē, vt primus illius, & vester Episcopus aliquem ex Apostolis, vel Apostolicis viris habuerit auctorem & antecessorem. Non nos ab illis,* inquit D. Cyprianus, *sed illi, à nobis recesserunt.* Idē nos Catholici, de vobis Prædicantibus verè dicimus: Non nos à vobis, sed vos, à nobis recessistis; à nostris & vestris in eadem Religione Catholica maioribus; à primæuis Ecclesiarum & Beneficiorum, ex quibus viuitis, fundatoribus; à catholicæ, orthodoxæ, vniuersalis Ecclesiæ doctrina, ad imbellem Lutheri partem, cuius Euangelium anno 1530. natum, in varijs locis & oppidis

Tractatu de simplicitate prælat.

vobis

vobis vicinis, nostris temporibus receptum, nunc deletum & obliteratum est, vbi Caluinistica secta, Augustanæ soror, ac filia, deuorauit Matrem.

Lib. 4. aduer. Marcionem.

Præclarè etiam Tertullianus aduersus Marcionem; *Ego*, inquit, *meum dico verum; Marcion suum. Ego Marcionis affirmo adulteratum, Marcion, meũ. Quis inter nos determinabit, nisi temporis ratio, ei præscribens auctoritatem, quod antiquius reperietur; Et ei præiudicans vitiationem, quod posterius reuincetur. In quantum enim falsum corruptio est veri, in tantum præcedat, necesse est, veritas falsum.* Catholici, primi Ecclesiarũ Tremoniensiũ possessores fuerunt; Improbũ autẽ & iniustũ est, antiquissimos possessores, rebus & possessionibus suis spoliare. Ac proinde meritò, cum Tertulliano dicẽt Tremonienses Catholici, *Vos prædicantes Lutherani, qui estis? quando & vnde venistis? quid in nostris agitis Ecclesiis nõ nostri? quo deniq; vos Lutherani iure Syluam nostram cæditis? qua licentia fontes nostros transuertitis? qua potestate limites nostros commouetis?*

l. de præscript. aduersus hæret.

Nostra

Nostra est Ecclesiarum Tremoniensium possessio, quid hîc ad voluntatem vestram seminatis & pascitis? Nostra est Ecclesiarum Tremoniensium possessio, eas olim possidemus, habemus origines firmas, ex ipsis auctoribus, quorum res fuit; nos legitimi eorum hæredes, & vera soboles sumus, qui Ecclesias ipsas, & diuina in ijsdem officia, de suo patrimonio fundarunt. Indicant hoc Maiorum nostrorum insignia, indicant fenestræ, inscriptiones, picturæ, imagines, & Ecclesiarum ornamenta; Loquuntur & manifestant Patronatus & nominationum iura, quorum penes nos, etiam nunc integra possessio manet. Maiorum nostrorum, & nostrum hæreditarium est depositum, non sunt Ecclesię & fundationes nostræ, vsurpationis vestræ priuatæ, sed auitæ, orthodoxæ, vniuersalis, & Catholicæ, non Augustanæ, Lutheranicæ, aut Caluinisticæ dotationis.

Indicant hoc ipsum Monasteria, ex priuata Catholicorum parsimonia, & hæreditario peculio, ad cultū & gloriam Dei, ad decus & ornamētum Tremoniensis vrbis magnificè

con-

constructa, multorum Augustorum & moderni Imperatoris Rodolphi priuilegijs, & immunitatibus gratiosè dotata. Quæ nunc priuata paucorum auctoritate supprimuntur, Cōcionatores Doctores Theologi, & salutares verbi Diuini Præcones prę scribuntur, & contra priuilegia atq; mandata Imperatorum; eijciuntur; Patritij viri, & Catholicorum maiores ac proaui, qui iam pridem in pace quiescunt, pro pijs ac sumptuosis fundationibus suis, hāc referunt gratiam, quod à paucis Prædicantibus, pro concionibus publicis, tanquam sine Deo, sine religione, sine pietate impij, diris deuoueantur. Similem sui sæculi impietatem S. Basilius Epistola 70. his verbis deplorat. *Domus precationum clausæ sunt; nulla iam amplius Catholicorum congregatio nullum matutinum; vnum iam crimen est, quòd vehementer punitur si paternas quis traditiones diligenter obseruauerit.*

Sed QVINTAM HANC CAVSAM, ob quam Catholici vobis Prædicantibus, ad Augustanā

Confessionem, dociles ac patulas aures, iusto, sancto, ac religioso metu commoti, præbere non possint Ex Franckendalensi Colloquio inter Caluinianos, & Anbaptistas habito, concludam, vbi hunc in modum hos, Caluinistę adgrediuntur. *Si vos Ecclesia Dei estis, sequitur, Deum sine populo, & Ecclesia fuisse vsque ad annum 1524. in quo Carolstadius, doctrinæ vestræ fundamenta posuit. Nam si vel omnes historias perlegatis, nullum ab exordio mundi populum inuenietis, qui confeßionem fidei vestræ similem habuerit.* Hæc illi. N. B.

Et verò si vestra Confessio (vt verbis Vincentij Lirinensis vtar) *recipiatur. necesse est, vt fides beatorum Patrum, aut tota, aut certè magna ex parte violetur; necesse est, vt omnes omnium ætatum fideles, omnes sancti, omnes casti, continentes, virgines, omnes clerici, Leuitæ & Sacerdotes, tanta Confessorum milia, tanti Martyrum exercitus, tanta Vrbium, tanta populorum celebritas & multitudo, tot Insulæ, prouinciæ, Reges*

gentes,

gentes, regna, nationes, totus postremò iã penè terrarum orbis, per Catholicam fidem Christo capiti incorporatus, tanto sæculorum tractu, ignorasse, errasse, blasphemasse, nescisse, quid crederet pronuncietur.

CAVSA SEXTA.

Quia Lutherani de omnibus ferè articulis Confessionis Augustanę, ineluctabilibus & inextricabilibus dissidijs & antilogijs inter se digladiantur, atque adeò in varias sectas dissecti sunt: meritò Catholici Tremonienses Confessionem Augustanam auersantur.

SExtam causam, pusillus & oppressus apud vos Tremonienses Catholicorum grex, quare, Catholici fidei confessione deserta, Augustanam, tam recẽter natã, profiteri nõ audeat, iure hãc allegat; Quod Catholicorum

doctri-

doctrina, vnanimi fidei, & charitatis vinculo colligata, per omnes mundi partes est vna & eadem; vestræ verò Augustanæ Confessionis doctrina est lubrica, instabilis, ac in multas varias partes, incredibili & horrenda deformitate dissecta. Non hîc loquor de tot, nostri temporis sectarum, à vobis Lutheranis Prædicantibus dissidentium diuersitate; sed de solis ac mutuis vestrorum Lutheranorum capitalibus odijs, atque dissidijs. Inter eos qui se synceros Augustanæ Cōfessionis Professores, & proindè non spurios, ac nothos, sed legitimos Lutheri successores ac filios esse profitentur, & iactant; tanta est varietas sectarum, quæ inter se pugnant, non de stillicidijs, hoc est, de quæstionibus leuiculis & liberis, siue in hanc, siue in illam partem definiantur, sed de ipsa religionis summa, de ipsis fidei fundamentis; tam acerba & amarulenta dissidentium librorum contentio, tam frequentes mutuæ damnationes & excommunicationes; vt vir bonus, Ecclesiasticæ ac Euangelicæ pacis & con-

cordiæ amans, necessariò secum cõcludere cogatur; illam quã se profiteri gloriantur, doctrinam, non esse à Spiritu sancto profectam, quippe quæ dispersas hominum mentes nõ modò non coniungit ac colligit, sed priùs in catholica charitate & simplicitate, quæ in Christo Iesu est, vnitas, in tam varias sectas & hostiles digladiationes disgregat, Augustanæ Confessionis professores Lutherani, non modò singuli sibi ipsis, sed alij alijs aduersa fronte, publicisque scriptis resistunt; alij aliorum decreta contrarijs decretis abolent, conciliabula contrarijs conciliabulis dãnãt, vt de Lutheranæ Babylonis dissẽsionibus iustũ volumẽ de integro cõscribi posset (etsi iam non vnum, sed plura conscripta sunt) si liberet obscuram illam horridamque syluam totam succidere. Nobis ad præsens institutum suffecerit, si aliquot dissensionum eiusmodi exempla, ipsorummet Lutheranorum etiam testimonijs cõfirmata, citauerimus, quibus vos Tremonienses Lutherologi cum alijs vestris Syn-euangelicis

fratrib⁹ effrænatæ impudentiæ conuincamini, quòd in concionibus, libris, circulis & cõgressibus iactare & asseuerare non erubescitis, omnes omninò Lutheranos vnanimes Cõfessionem Augustanam amplecti, in sectæ suæ fideique fundamentis conuenire, nihil esse inter ipsos dissensionis. Vt igitur hinc initium sumam, non nè inter Lutheranos Molles ac Rigidos, Illyricanos & Adiaphoristas, Maioristas & Melãchthonicos, Antinomos, Osiandrinos & Stancarianos, de libero arbitrio, iustificatione, bonis operibus & cæremonijs, capitales, & maximę altercationes toti mundo dudum innotuerunt?

Exstat Apologia Anno 1578. impressa, ad omnes reformatas Germaniæ Ecclesias, cuius ista sunt verba, *Habent Lutherani inter se desceptationes grauissimas, de præcipuis fidei dogmatibus, de iustificatione, de peccato Originis, de libero arbitrio, de Euangelio, de lege & eius vsu, de Christi ad inferos descensu, de ipsius persona, de cæremonijs, de filiorum Dei electione ad*

vitam æternam & multis alÿs, non leuis momenti, articulis.

Ederus, in Inquisitione Euangelica. Lindanus & Vlenbergius tredecim. Bredenbachius in psalmum 67. triginta quatuor diuersas Lutheranorũ sectas enumerat, quæ editis libris se mutuò oppugnant. Adeò quidem, vt innumera librorum multitudo recenseri posset, quibus se mutuo *homines nocentes, sceleratos, nefarios, pestes Reipublicæ & hæreticos* damnant.

Amsdorffius & Heshusius Philippo, Stancarus Pinzouianis, Schmidelinus Tubingẽsibus, Mansfeldiani Melancthoni & Osiandro, Musculus Stancaro, VVigandus Georgio Maiori insidiatur, cuius grauissimos errores peculiari libro recenset. VVittenbergensis Schola per Matthiam Flaccum Illyricum. Arianam hæresim in Germania disseminatam, testatur, eo, quod ipse Illyricus, septem grauissimos de Sacramento Altaris Lutheranorum errores, scripto diuulgârat. Et tamen tam mali vniti confratres, omnes simul, & æ

què constanter, Augustanæ Confessionis, & Martini Lutheri doctrinam sibi vendicant.

Anno salutis M. D. LVII. In Colloquio VVormatię inter Catholicos & Protestantes instituto, initio à Catholicis flagitatum est, vt Ministri Lutherani, nominatim designarent, quinam, & quales Protestantes essent Augustanæ Cõfessionis participes, quos solos Imperij decreta tolerarent; Et quales essent Sectarij, ab eius participatione alieni, quos omnes Imperij leges, cum ipsorum Protestantium consensu, damnassent. Hic Ministri, capita sua conferre, laborare, disputare, sudare, examinare. Alius Maioristas volebat repelli. Alius, admissis Maioristis, eijci volebat Flaccianos. Tertius, illos vtrosq; germanos esse Protestantes iurabat; Adiaphoristas autem, tanquam adulterinam sobolem, & Luthero patri nimis iniuriosam, censebat potius excludi debere. In hac rixa, postquam multos dies absumpserant, ipsi demùm Ministri in duas sectas diuidi cœperunt, & altera alte-

ram, grauiſſimis contumelijs laceſſere, & maior numerus ſeptenarius, quinarium, (erant enim duodecim) ſuo ex cœtu, tanquam non ſatis ſynceros Auguſtanæ fidei Euangelicos repellere; Atque ita, quum nihil certò definiri poſſet, Conuentus ille, magna cum multorũ admiratione, ac riſu, demiſſus eſt.

Sed ipſorum nunc Confeſſioniſtarum de ſuis confratribus atque Collegis, ſententias, atque iudicia proferamus, quibus Prædicantes Tremonienſes, vt fidei ſuæ domeſticis, indubitatam fidem adhibebunt.

Ipſi Ienenſes, nouem diuerſas Lutheranorum ſuorum ſectas repudiant. Nicolaus Amſdorffius ſex factiones diuerſas; quæ omnes, ad Auguſtanam Confeſſionem ſe referunt, explodit, damnat, ac diris diuouet, inter quos Adiaphoriſtàs, Pfeffingerum, & Lipſenſes Theologos collocans, eos Pelagianiſmi inſimulat.

Nicolaus Gallus in Theſibus, &

Hypothesibus suis extremo folio multos Lutheranorum Articulos commemorat, qui apud eos non modò sint controuersi, sed planè in cōtradictiones, & hæreses abierint. " *Non sunt*, inquit, *inter nos Lutheranos,* " *leues concertationes, de rebus leuibus, sed* " *de sublimibus doctrinæ Christianæ arti-* " *culis, de lege & Euangelio, de iustificatio-* " *ne, de bonis operibus, de Sacramentis, &* " *vsu cæremoniarum, nec vlla ratione com* " *poni & transigi possunt. Nam pleraq;* " *meræ sunt contradictiones quæ conciliari* " *nequeunt; Vt legem in Christiana Eccle-* " *sia prædicandam, & item non esse prædi-* " *candam. Iustitiam nostram esse ipsam* " *Dei essentiam in nobis, vel eius operatio-* " *nem, actionem, & omißionem intra* " *nos; vel obedientiæ illius imputationem* " *extra nos. Sanguinem Iesu Christi nemi* " *nem iustificare; & quod Apostolus ait, Iu-* " *stificari nos in sanguine ipsius. Bona ope-* " *ra esse necessaria ad salutem. Nemi-* " *nem vnquam absque operibus bonis ser-* " *uatum: Impoßibile esse absque operibus* " *bonis seruari: Et è diuerso, bona o-* *pera ad salutem non esse necessaria*

" *velut psalmus habet: Beati quorum re-*
" *missæ sunt iniquitates, & , quorum tecta*
" *sunt peccata. Beatus vir, cui non imputa-*
" *uit Dominus iniquitatem , qui non opera*
" *sectatur, nec ulla habet, nec habere potest*
" *ad salutem. Christum esse, & accipi corpo-*
" *raliter in cœna, sub pane & vino à credē-*
" *tibus, & incredulis. Et rursus, solùm spi-*
" *ritualiter eum illic esse, & à solis creden-*
tibus accipi.

Selneccerus similiter, inter Augustanæ Confessionis Professores, de omnibus propè fidei articulis cō trouerti testatur: (in Psalmū 131.) *De publica*, inquit, *discordia in Ecclesia, non est quòd interroges; Loquor autem non de discordia, quæ nobis necessariò de fidei doctrina cum Papistis, atque aliĳs hæreticis intercedit, sed de ea, quæ inter nos ipsos est, qui puram Euangeliĳ doctrinam habere gloriamur. Mota enim sunt certamina, atque rixæ de rebus adiaphoris, de bonis operibus, de iustitia nostra coram Deo, de libero arbitrio, de præsentia & participatione corporis, & sanguinis Christi in cœna, de humanitate Christi, de proprietate humanæ naturæ in*

Chri

Christo, de Maiestate Christi, de eius ascensione, & sessione ad dexteram Dei, de Vbiquitate, deq́ rebus alijs. Ibi rixandi atque contendendi, neque finis est, neque modus vllus; Quilibet in hoc laborat, vt iustam habere causam videatur, atque alium opprimere nititur: Et quisquis noui aliquid proferre potest, vnde nomen venetur, is facit liberè. Cōtentiones sunt, quæ ad ruinam spectant.

Horrenda & visenda hæc sunt Lutheranorum inter se mutuò chartacea, calami, librorum, & typographici styli certamina, in quibus mundo & aduersarijs ridiculos sese præbentes, nondum conquiescunt, sed vlterius ad digladiatoriam armorum palæstram se mutuò prouocantes, alij alios, vt execrabiles Reipublicæ pestes, ex fortunis, vrbibus & possessionibus suis eijciunt, Ecclesias sibi mutuo claudunt, sectæ suæ exercitio sibi interdicunt. Quod Osiandi, Illyrici, Heshusij, Stanckari, Spangenbergij, Georgij Maioris, & Schvvenckfeldij historiæ manifestè testantur. Cum planè ad modum, vt Maximinianistæ Donatistarum

ſoboles, tanto ferebantur in eos odio, vt paſſim in Africa eorum templa occuparent, ac cladem ijſdem inferrent.

Animaduertite obſecro, Prædicantes Tremonienſes, quo tandem Secta hæc veſtra, tam monſtrosè diſſecta, corruat. An non Catholici, in pacis, charitatis, & vnitatis theatro, in bonæ conſcientiæ conſolatione ſubſiſtentes, & tanta ſolius Lutheranicæ factionis diſſidia admirabundi conſpicientes, cum Oſea Propheta

Oſeæ. 10. meritò exclamabunt. DIVISVM EST COR EORVM, NVNC INTERIBVNT.

Hoc ipſum, prudentiores in cœtu veſtro conſiderantes, haud obſcurè teſtati ſunt, Lutheraniſmum ſuum diutius ſubſiſtere non poſſe. Quorum ſentẽtiam ac verba, ſincera fide vobis proponam.

Caſparus Hedio Epiſtola ad Philippum Melãchthonem. *Multi*, inquit, *inter Euangelicos emergunt erro res, vt, ſi quis omnes enumeret, ferè* CENTVM VIGINTI OCTO *inueniat, atque ad* ATHEISMVM *rela-*

bi Syn-

bi Syn-Euangelicos admiretur. Omnia plena ſunt periculis, & neglectus religionis. Adeò omnes cauſantur hoc diſsidium, vt neſciam quales poſteritas ſit habitura Verbi Præcones.

Ioãnes Spangẽbergius libello, cui titulus, Verax beneficiorum, per D. Martinum Lutherum, piæ memoriȩ, præſertim Germaniæ diuinitus præſtitorum, & deteſtandæ ingratitudinis, erga eiuſmodi ingentia beneficia, & munera. &c. Scribit, *Incipiunt iam homines NIHIL AMPLIVS CREDERE; Et poſtquam à Vinculis Papatus ſe liberos eſſe vident, volunt etiam liberi eſſe, & ſoluti ab Euangelio; & à præceptis Dei, & volunt, vt deinceps rectum ſit & iuſtum, quicquid vnicuiq; viſum fuerit.*

Hîc vos Confratres, & Amicos meos Prædicantes Tremonienſes, per nomen Domini noſtri IESV CHRISTI, & animarum veſtrarum ſalutem rurſus compello, & vt nimio partis veſtræ ſtudio, quod ſyncerum mentis iudicium obnubilat, ſemoto, peramanter

rogo

rogo mente ſerena iudicetis, An ne Catholicis, qui Tremoniæ ante veſtrum aduentum, vnum erāt corpus, vnus ſpiritus, ſicut antiquitus, prima Euangelica luce illuſtrati, & *vocati erant, in vna ſpe vocationis ſuæ*, quorum omnium erat *vnus Dominus, vna fides, vnum baptiſma, vnus Deus & pater omnium.* Rogo inquam & obſecro, An ne veſtro etiam iudicio, Catholicis vlla ratione expediat, à tali Confeſſione diſcedere, quam vniuerſa per orbem Eccleſia, per omnē antiquitatem vnanimi conſenſu, in hunc vſque diem tradidit, & obſeruauit, & aliam fidei Confeſſionem profiteri, cuius Auctores, Profeſſores, ac primarij Doctores, ore ac ſcriptis ſibi contradicentes, ſeipſos infames, & deuitandos hæreticos proclamant. Catholici Tremonienſes, quemadmodum & omnes vbique gentium Societatis ſuæ fideles, firmiſſima vnius, non Auguſtanæ, ſed totius mūdi Confeſſionis, fidei, & charitatis coniunctione, tam multorum annorum decurſu, ſub Dei, & vnius Epiſcopi gubernatione, absque vlla par-

tium

tium ſciſſura aut diſmembratione, etiamnum perſeuerant; Longè ſeparatis in locis, diuerſarum gentiū, populorum atque linguarum, vnū idemque ſentientium doctrina imbuti ac confirmati: Cum illis, & non Auguſtanis diſſectis, omnes idem loquuntur & ſentiunt. Teſſeram habēt, dotem, ac infallibile, veræ Eccleſiæ ſignum, tot populorum ac gentium conſenſione firmatum, ipſam VNITATEM. Vos Prædicantes Auguſtanæ partis, in vna tantum Germania diuerſarum Confeſſionum Alumni, quonā pacto diuiſi ſitis atque diſſecti, ex veſtrorum hominum Confeſſionibus ac ſcriptis vobis hactenus fortaſſe non notis, iam didiciſtis.

Diſcite nunc ſimiliter & illud, quāta ſit inter ſolos veſtros Confeſſioniſtas de Lutheri operibus Ienæ, & VVittenbergæ editis diſputatio. Hoc quemadmodum Ioannes Aurifaber, vtriusque editionis collatione peculiari libello declarauit; Ita VVittenbergenſes Theologi, Synodicis Actis contra Illyricum & Ni-

colaum

colaum Gallum Anno 1559. editis, confirmant, vbi ita apertè loquuntur. *Deteſtamur meritò, & malitiam eorum, qui vt explerent ſua erga nos odia, & de manibus pia ſcripta excuterent, quibus, quicquid habent de doctrina noſtra notitiæ, coguntur referre acceptum, velint nolint, in editione Tomorum Ienenſium, omiſsis his Lutheri teſtimonijs, alibi infarſerunt virus ſuum calūnijs & mendacijs temperatum.*

Similiter Altenburgi, de Lutheranorum libris, & ſcriptis, grauiſſima, &, quæ componi nō poterat, inter ſolos Lutheranos Proteſtantes, diſceptatio exorta fuit. Cū enim vnius Prouinciæ Prædicantes, iuſſu Regulorum ſuorum, Alterius, Electoris, Alterius, Ducis Saxoniæ, Altenburgum, de iuſtificatione ſolius fidei, diſputaturi conueniſſent; Et, initio de libris quibus controuerſia iſta diſcutienda fuerat, quæreretur, magna inter illos ſunt orta certamina. Theologi enim Ducis Saxoniæ nil voluerunt admitti pro norma, ad quam erant omnia examinanda, niſi tantummodò Verbum

Dei, Veram Confeſſionem Auguſtanam, eiuſdem Apologiam, Smalcaldicos Articulos, & ſcripta Lutheri? At Principis Electoris Theologi, addi quoque volebant libros certos Philippi Melāchthonis, & Confeſſionem Auguſtanam, poſt Lutherum mortuum amplificatam. Et de his quæſtionibus, de vera, inquam, Auguſtana Confeſſione, & libris Philippi, interminata lis, inter eos exorta eſt, quæ nunquam potuit definiri. Quum iſti, pro Philippo, tāquam pro aris ac focis dimicarent; Alij, Philippum, tanquam Vertumnum, & Protheum, & planè Apoſtatam reijciendum, incredibili vehementia, contenderent. Vnde irrito ſucceſſu, Synodus illa, magna cum Lutheranorū expectatione in charta, diſſoluta fuit.

De dignitate, & numero Sacramentorum, Lutherani inter ſe non modò diſſident, ſed & varietatem hanc ſuam, tanquam rem ludicram iridēt. Lutherus li. de capt. Babylonica, *Negāda*, inquit, *mihi ſunt ſeptē Sacramēta, & tantū tria pro tēpore ponēda.*

Pau-

Paulò post vix tertio versu: *Quanquã, inquit, si ex vsu scripturæ loqui velim, non nisi vnum Sacramentum habeo.* Eodem lib. circa finem; *Si,* inquit *rigidè loqui volumus, tantùm duo sunt in Ecclesia Dei Sacramenta.*

Philippus Melanchon in 1. Corinth. 11. *Duo,* inquit, *sunt omninò signa Sacramẽtalia, Baptismus, & Eucharistia; reliqua Sacramenta, quæ numerantur, commenta sunt hominum.* Idem in vltima locorum Communium editione, quatuor Sacramenta enumerat, Et deinde interrogatus, Cur non haberẽtur septẽ Sacramenta in Lutheranicis Ecclesijs *Imò haberi septem* respondit *& duo insuper VVittenbergæ enim esse quatuor Lipsiæ tria, Duo Magdeburgi, quæ in numerum collecta, nouẽ efficiunt.*

Quod si porrò Lutheranorum de VBIQVITATE, canina dissidia hic commemorare vellem, nimis lõga, & tædiosa foret narratio. De quibus, Lutheranorum, contraria, blasphema, famosa scripta, & disputationes, publicis literarum typis commissa, exstant.

Tanta Lutheranorum veſtrorum diſcordia, quid aliud ſonat, quàm talem de doctrina diſſonantiam, neq; ex Deo eſſe, neque vllius Religionis nomen mereri, quæ mentes, & animos hominum in vnam ſententiarum conſenſionem, & concordiam conuinciendo, & religando coniungit. (Inde enim à Lactantio Firmiano à religando, melius quàm à Cicerone, à relegendo, nomen Religionis deducitur.) Nō eſt equidem dubitandum, ignorantiam veri, tam multas opiniones diuerſas, & inconſtantes ſententias, non dico, apud varias huius ſeculi ſectas, ſed apud ſolos veſtros Lutheranos producere. Euangelica Catholicorum doctrina; ſcribit Oſorius in epiſt. ſua ad Reginam Angliæ, *concordiam & pacem conciliat, & omnes, rerum optimarum communione conſociat. At Lutheranorum Confeßio concordiam diſſoluit, & Auguſtanæ doctrinæ corpus inteſtina ſeditione dilacerat Quomodo auctores pacis & concordiæ cenſeri poßunt, qui nec cum alijs ſimiliter à via declinantibus, neque ſe-*

D. Hieronymus præfat. in Eſdram. Haud verum, q̄ varium.

cum ipsi consentiunt, qui à seipsis constantissimè dissident, qui alias atque alias opiniones, valdè inter se repugnantes, tuendas suscipiunt, nec in vna sententia diu perseuerant? Hæc Osorius.

D. Augustinus Tractatu sexto in primā Canonicam D. Ioannis, *Christus*, inquit, *amans charitatem, ideo mortuus est pro nobis, quia charitatem multam habuit, per quam filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in vnum, Tu non habes charitatem, quia non modò non congregas, verùm etiam quæ pretioso Christi sanguine congregata sunt, & dispergis, & diuidis vnitatem. Tollis te ab vnitate orbis terræ, diuidis Ecclesiam per Schismata, dilanias corpus Christi, Omnis spiritus, qui soluit I E S V M, ex Deo non est.*

Bonum & verum, nunquam bono & vero aduersatur, Omne quod est, tamdiu manet, atque subsistit, quamdiu est vnum; interit autem atque dissoluitur cum vnum esse desierit. *Ibi*, ex Tertulliani sententia, *scripturarum & expositionum adulteratio deputanda est, vbi diuersitas inue-*

Lib. de præscri- tione ad- uersus hæreses.

nitur doctrinæ; Et quorum doctrina cum Apostolica comparata, ex diuersitate, & contrarietate sua pronunciabit, neque Apostoli alicuius auctoris esse, neque Apostolici. Quia sicut Apostoli non diuersa inter se docuissent, ita & Apostolici nō contraria.

Consule latiùs Ministromachiā Stanslai Rossij, Antilogias Lutheranorum editas à Staphylo, Lutherū incōstantē M. Cōradi Andreæ, bellū quint Euāgelij descripti per Andreā Iurgieuiciū libellum qui inscibitur, Lutherischer Wetteban.

Sed SEXTAM Catholicorum causam, & iustissimam excusationem, cur in dissectam & dissonantem Lutheranorum & Augustanæ Confusionis doctrinam consentire nequeant, hîc longiùs persequi non placet. Plura namque, de fœdissimis dissidijs, quibus soli Lutherani, se mutuò furiosè iugulant, exagitant, atque dilaniant, hîc commemorare possem, sed tędiū vetat. Itaque SEXTAM hāc causā, Lutheri verbis cōcludā: Quibus Tractatu de votis Monasticis ita scribit: *Mendacia certius dignoscere non potes, nisi, quādo sibi ipsis contraria sunt. A Deo enim ita ordinatū est, vt impij, seipsos sēper confundāt, eo, quod mēdacia nō cōsonent, sed sēper contra semetipsa testētur.* Et Idē Lutherus To. 3. In der bekantnis vō Abentmahl/ Wo

vneinigkeit ist/do kan der H. Geist nit sein: Sonder es ist der Teuffel in der hecken. Man kan den Teuffel nirgend so wol bey erkennen/als bey der lügen/ vnd zweifältigkeit in dem glauben.

CAVSA SEPTIMA.

Insolens Lutheranicæ Confessionis turpitudo, Lutheri scurrilitas, quod Cõfessionistarum doctrina, in Ciuitatibus, ac Communitatibus, nihil vitiorum emendet; & nimia item Lutheri cum Diabolo familiaritas, Tremoniẽsium Catholicorum in orthodoxa Religione constantiam confirmant.

SEptima pro Catholicis Tremoniensibus causa allegatur, cur Augustanam, hoc est Lutheri doctrinam Confessionem acceptare non audeant: Quia ex Catholicorum libris, qui Lutheri opera diligenter euoluerunt, in-

forman-

formantur, & discunt, hominem fuisse scurriliter turpem, qui sub honesti cõiugij prætextu, per incœstũ Sacrilegiũ cum moniali monachus copulatus, de Matrimonio, & alijs fidei Articulis, talia scripserit, quæ honestè commemorari vix possunt. Et, quæ prudentiores Lutherani, aut immutent, aut ex nouis, operum ipsius editionibus, prorsus omittant.

Anno 1525. Di[e] 11. & no[...] die 24. Iunij, [...] Nicola[us] Reusne[r] in sua E[...] phimeride.

Concione, Cui titulus, De Coniugali vita, Anno 1522. edita, hæc sunt hominis verba: *Si qua mulier impotẽtem nacta virum, neque alij palam nubere possit, neque alias inhonestè viuere velit, quia hoc in casu Papa multa testimonia, aliaq́; non necessaria requirit, ita maritum conuenito; Ecce, me innocentem. Tu, me in vitæ, pudicitiæ, animæq́; discrimen adduxisti; Neque coram Deo inter nos cõiugium ratum sanctumq́; est: Quare patere, vt cum fratre tuo, aut quouis cognatorum occultum connubium habeã te nomen ferente, ne ad extraneos bona tua deuoluantur: sine, volentem te & scientem falli, sicut ego insciens, & inuita sum decepta. Sin renuet, clam illi fugere,*

Infame[s] & scurr[i]les Lutheri se[r]mones ex ope[ri]bus suis excerps[it] D. Syxt[us] Sartori[us] libro, cu[i]ius titulus, Cau[s]sæ moti[u]uæ, C[ur] deserta Luthera[na] secta Cathol[i]cam sacrosan[ctis] scripturis

& alibi matrimonium inire licebit.

Et iterũ: *Plerasq; ita peruicaces fœminas, & obstinatas reperire est, vt quamuis decies impudicitiæ crimine cõtaminatum iri maritos cernant, ijs tamẽ, vt obsequantur, in animum inducere nolint. Licebit hic viro ita dicere: Si tu nolis, velit alia, recusat vxor, veniat ancilla.*

verè fundatã, & à SS. Orthodoxis Patrib tradità Religionẽ amplex9 sit, & profiteatur.

Historiᵒ in sua Anatomia Autonomia D. Francisci Burchardi.

Horum autem obscœnissimorũ verborum occasione, Vir quidã præstantissimus; *Quæ*, inquit, *vox (si Vox est, & non subantis porci grunnitus) quẽ nõ Sardanapalũ, Neronẽ, aut Heliogabalum, salacissimos alioquin, & obscœnissimos homines temperantes sanè & castos pronunciet. Notum est, idem illud os effræne quod Christianorum Pontifices, Reges & Principes Antichristos, carnifices, scurras, nebulones appellauit.*

Prouerbiorum Capite vltimo, in verba illa, *Mulierem fortem quis inueniet?* Ita in margine commentatur: **Nichts liebers ist auff erden / Dan Frawen lieb / wens kan werden.**

Simile eiusdem illuminati Heliæ glossema existit in verba capitis ter-

tij Neemiæ, *Optimates autem eorum nõ supposuerunt colla sua in opera Domini Dei sui*: Die armen müssen das Creutz tragen/ Die reichen geben nichts. Taus es hat nicht / Sees zing gibt nicht/ Quater drey/ Die helffen frey.

Insignem verò, & spiritualem Bibliorum, & Verbi Dei glossatorem, quod per proci & aleatoris cogitationes, ac mentem, illustrare nititur.

Tomo 2. lib. de Vita coniugali fol. 147. in verba illa. *Crescite & multiplicamini; Sicut*, inquit, *in potestate mea non est, quo minùs sim mas; ita minimè situm est in me, vt sine muliere sim. Quia non est res liberi arbitrij vel consilij, sed est res necessaria & naturalis, vt omne quod mas est, habeat mulierem, & omne, quod mulier est, marem habeat, oportet. Quia verbũ istud, vbi Deus ait, Crescite, & multiplicamini, non est præceptũ, sed plus quam præceptum, nempe opus quoddam diuinum, quod nos non possumus vel impedire, vel prætermittere, sed perinde necessarium est, ac quod ego sum mas,*

& magis necessarium, quàm edere & bibere, dormire ac vigilare.

Credere animę immortalitatem, portentum Decretorum vocat, *Permitto*, inquit, Tomo 2. folio 307. *quòd Papa condat Articulos fidei suis fidelibus, quales sunt, panem & vinum trāsubstantiari, animam esse immortalem, & omnia illa infinita portēta in Romano sterquilinio Decretorum.*

Eodem authore; Nullum, quantumnis enorme peccatum, hominē damnare potest, nisi sola incredulitas. Scribit enim in Epist. Lat. folio 345: *Sufficit quod agnouimus per diuitias gloriæ Dei, agnum, qui tollit peccata. Ab hac non auellet nos peccatum, etiamsi* MILLIES, MILLIES, *vno die fornicemur, aut occidamus.* Et Tomo 2. Lat. fol. 271. *Homo Christianus siue baptizatus, etiam volens, non potest perdere salutem suam, quantiscunq; peccatis, nisi nolit credere. Nulli enim pecccata possunt dānare, nisi sola incredulitas.*

In 500. Articulis Articulo 34. *Tam diues est homo Christianus, vt, etiamsi nolit, non poßit perdere salutem, nisi nolit*

credere; Nec vlla peccata dānare eũ quecunt, modo credat, aut cogitet, se baptizatum esse.

Et Articulo 65. & 67. *Quantò sceleratiores, tāto citius Deus gratiam infundit.* Et. *Homo iustus, in omni opere bono peccat.* Et: **Ein guttes werck / wan es gleich zum aller besten verzicht wirt/ists dennoch sünde.**

Et ibidem. *Coram Deo, Operibus non indigemus, sed erga hominem. Coram Deo nulla re indigemus, nisi nuda fide: Et dico ego Doctor Martinus Lutherus, Domini Nostri Iesu Christi indignus Euangelista, Quod hunc articulum,* SOLA FIDES ABSQVE OMNI OPERE IVSTIFICAT CORAM DEO, *firmum & incorruptum permittere debet Romanus Imperator, Turcicus Imperator, Tartaricus Imperator, Persarum Imperator, Papa, Cardinales & omnes Episcopi, Sacerdotes, Monachi Moniales, Reges, Principes, Domini Totus mũdus simul cũ omnibus dæmonijs. Et debent insuper habere ignem infernalem super capita sua, & nullam gratiarum*

actionem. Hic esto meus Doctoris Lutheri instinctus, à Spiritu sancto, verumq́; ac sanctum Euangelium.

Non est in potestate hominis vias suas malas facere, Nā & mala opera, in nobis Deus operatur; Ita, vt quemadmodum D. Pauli cōuersio, propriè est opus Dei, ita Dauidis Adulteriū & Iudæ proditio, propriè opus Dei fuit. Quorum verborū adeò Lutheranos puduit, vt ea Herbrādus Lutheranus negarit vnquā in aliquo Lutheri libro fuisse. Cui tamē optimè respōdit D. Georgius Schererus, probans, multa superesse Exemplaria, in quibus hoc disertè scriptū sit & excusum.

O Impietatē non ferendā in Rep. Christiana, Quæ omne probitatis, & & virtutis studiū, bonorū ac malorū premia prorsus adimit, & aufert. Sed quid abs homine fastuoso, qui Spiritū in narib⁹ habet, boni vnquā sperādū, qui erroris, & perfidię cōuictus, quòd dictionem SOLA, 3. capite Epistolæ ad Romanos, de suo addiderit, tam elato tumore exæstuat, Tomo operum quinto, vbi scribit:

Wen euwer Papist sich viel vnnutz machen wil / mit den wort SOLA, Allein / So sag jhm flugs also / Doctor Martin Luther / wil es also habe / vnd spricht / Papst Esell sey ein ding. *Sic volo, sic iubeo, stat pro ratione voluntas.* Jch will also / vnd ist auch wider die vernunfft / kurtz mein wille / dan wir wollen nicht der Bapst discipel oder Junger / sonder Meister vnd Richter sein.

Sed tales Lutheri turpitudines, & flosculos peculiares Catholicorum libri latiùs explicãt; Itaq; eorũ recitatione diutius immorari nõ libet, cũ & omnia ipsius scripta, nõ alium spiritum exhalent, neq; alios in hominum animis stimulos effectusque relinquere queant, quã extremæ impietatis, prophanitatis, libidinis ac diabolicæ petulantiæ radicem, quàm etiamnum passim germinare ac pullulare conspicimus. Rectè vereque Hosius tractatu de Traditionibus scribit. *Tolle ex libris Lutheri conuicia, scommata, lædorias, maledicta, quibus & hunc, & cæteros minores Pontifices, omnemq́ Sacerdotum & Monachorum venerabilem cœtum, incredibili quadam inse-*

insectatur petulātia, quantula tandē scriptorum eius pars superesset?

Dicam hic, quod Reuerēdus Dominus Serarius, Eximius Societatis IESV Theologus lib. 2. de Lutheri Magistro cap. 9 eleganter refert. *Obscœnitates*, inquit, *& scurrilitates Lutheri referre, vetat pudor. Sane, cum in Germanico meo priore: harū aliquid attingere necessariò deberē, penè feci, quòd Socratē legimus fecisse, vt operirē caput pallio. Excrementa sua effossa, obruunt terra feles, vt ait Plinius: Et ego aluini hominis, in cuius ore, scriptis, & factis assiduè Venus, Cloacina, Stercutius, Oleta, & sordes refodiam? Viri non desunt, optimi, doctißimi, qui, vt olentē obscœnumque hircum illum agnoscerent, fugerentque omnes: magno tetros illos fœtores animo pertulerunt, communiq́ue bono suam ipsorum nauseam ac ruborem sapiētißimè, vtilißimeq́ue dederunt.*

Nacht-liecht. l. 1. p. 143. Gellius l. 19. c. 9. lib. 11. ca. 73.

Quia verò conuitijs, ac calumniarum portentis, vt Lutherus ipse, ita omnes ipsius Successores potissimū pascuntur; hinc fit, vt nihil vitiorum in Ciuitatibus & communitatibus

[I]n Apo[l]og. Cal[u]inistarū [c]ontra [L]utheranos.

corri-

orrigant,in quibus contumeliosa, x maledica ipsorum lingua domi- atur. Hoc, Germani ipsorum fra- res Sacramentarij, eodem tempo- e Augustæ cum ipsis nati, his verbis estantur. *In cõuitijs quidem publicè ex- gitandis, Lutherani Theologi, ita occu- antur, vt de populo in fide, & doctrina hristianæ principijs instituendo, de affli- tis, & sub cruce laborantibus consoladis, e corrigenda item & coërcenda scelerũ ublicè grassantium licentia, parum, aut ihil solliciti, se officio suo probè defun- os esse sibi persuadeant, si in procul ab- ntes immanibus cõuitijs debacchẽtur, omnes qui ab ipsis dissentiunt, exqui- tis verborum contumelijs, rudi, ac sim- lici vulgo, suspectos, & exosos reddant. Nec his contenti, auctoritate plus quàm ntificia, inauditos proscribunt, & ab cclesiæ consortio exclusos, terribili ana- emate feriunt.*

In Apologia Caluinistarum cõtra Lutheranos.

Scribit Reuerendissimus D. Ioan- es Nopelius, præfatione in Confes onem suam Ambrosianam. *Luthe s præter eos, qui per omnia sibi consen- ent, ferebat neminem, quemadmodum*

de illo scribit Conradus Gesnerus, & res ipsa loquitur Cum enim Muncerus, & Carolstadius cœlestes Prophetæ. Zuinglius, & Oecolampadius Sacramentarij, ac deniqúe Islebius, & Scenckius Antinomi, videri vellent plus sapere, quam ille, Deus bone, quantas concitabat turbas? quàm furenter eos insectabatur? Cœlestes prophetas, & Sacramentarios, homines clamabat esse futiles, leues, inconstantes, gloriosos, item Thrasones, qui exquisitis titulis doctrinam ornent, quam, verã, & Euangelicam esse dubitent, demùm pertinaces hæreticos, per quos ater Dæmon loquatur, qui Carolstadium, & Oecolampadium è medio sustulerit. Antinomos vociferabatur esse cæcos, obstinatos, superbos Spiritus, falsos fratres hypocritas, hostes Ecclesiæ, Schuermeros, stultos, crassos asinos, & portenta nebulonum: Atque in vniuersum omnes eos: vt Papam Saxonicum se ostenderet, anathemate configebat.

Obseruauit hoc idem Erasmus Roterodamus, qui in Epistola cõtra Pseudo Euangelicos ita scribit, *Circumspice mihi,* inquit, *Sodalitatem istam*

cum

Euangelicam, quot habet adulteros, quot temulentos, quot aleatores, quot decoctores, quot alijs vitijs infames? Ac iterum paulo post.

Euangelica pietas à minimis initijs paulatim creuit in maius, ac melius, & optimus quisque se illi iungebat, Hanc doctrinam non ferè nisi leuißimus quisque amplectitur.

Idem Erasmus in Hyperaspiste secundo; *Adeò per hoc, quod ipsi vocant Euangelium, non corrigi* scribit *homines, vt potiùs videantur deteriores, nec fieri, vt peccare desinant, sed, vt peccent impunitùs.*

Idem, Epistola ad Ioannē Bozhemium Anno XXIX. *Qui se venditant Euangelico titulo, sic fermè rem gerunt, vt vel ad nequitiā, vel ad opes, vel ad anarchiam, & quicquid libet, audendi impunitam licentiam spectare videantur. Certè nemo fit melior, deteriores plurimi.*

Idem, Epistola ad Hieronymum Embserum Anno 1527. *Demiror quid Lutherus sibi proposuerit, simul & scurram agens, & Euangelistam.*

Idẽ Epiſtola ad Nicolaũ Beroaldũ Anno 1521. Et Epiſtola ſimiliter ad Gulielmũ Epiſcopũ Cantuariẽsẽ. *Deſidero* inquit, *in Lntheri ſcriptis modeſtiam & manſuetudinem Euangelicam, noto peruicaciam aſſeuerandi, In ſcriptis Lutheri offendit me immodica maledicentia, & arrogantiæ ſpecies deteſtor hominis, tam acerbam vbiq; maledicentiam.*

Idem in Spongia ſua aduerſus Hutteni aſpergines, ſcribit *Lutherum conuitijs ſuauiter animum paſcere, nulla maledicentia ſaturabilem, conuitia furioſa in hoſtes iacere, eſſe Oreſte inſaniorem, præſcribendum Luthero veratrum, vt ſaniora ſcribat.* Rurſus: *Philautiæ, & odij temulentia furioſa ſcribere, ideoq; Lutherum habendum non dicam*, inquit, *Diabolum incarnatum*, (quod Eraſmo exprobrârat) *furiẽtium iſtæ voces ſunt, ſed hominem odio lymphatum.*

Idem Lutheranorum Prædicantiũ vitam & mores (attendite quæſo, Prædicantes Tremonienſes) in Epiſtola ſua Apologetica ad Chriſtophorum Epiſcopum Baſilienſem his

ver-

verbis describit. *Sũt, quidã indocti, nullius iudicij, vitæ impuræ, obtrectatores, peruicaces, intractabiles, sic addicti Luthero, vt nec sciant, nec seruent, quod Lutherus docet. Tantum Euangelium habẽt in ore, negligunt preces, & Sacra, vescuntur quibuslibet, maledicunt Romano Põtifici: sic Lutherani sunt. Horum inconditos tumultus, & inconsulta consilia, Principes ac Magistratus tandem cogentur opprimere. Inter pocula plerumque feritur fœdus Euangelicum. Adeò verò stupidi sunt, vt non intelligant, sese plurimùm officere causæ, cui fauent, &, qui velit illis prodesse, necesse habeat illos fallere, veluti, cùm medicus imponit phrenetico, daturus pharmacum. Cum hoc hominum genere, nullum optarem ego commercium.* Hæc Erasmus.

Eandem certè ob causam Tremonienses Catholici, cum talium hominum doctrina, æternæ salutis, & conscientię causa, nullum cupiunt habere commercium.

Et sanè, si quis nouum procedendi ordinem, & vrbes aut Regiones, vel per Lutheri, vel Caluini, aut a-

liorum doctrinam reformandi rationem, sepoſita affectione bene cõſideret, non inueniet vnquam, quod vel ardentiore orãdi ſtudio, vel maiore abſtinentiæ, ieiunij, aut caſtitatis zelo, vel ſimpliciore obedientia, & reuerentia erga Magiſtratum, vlla factio, reformationem & doctrinã ſuam mundo commendatam & teſtatam reddiderit. Noſtrorum Catholicorum Maiorum zelum & sãctimoniam, tam heroicæ ac ſanctæ fundationes, erecta oratoria, dotatæ virtutum, pietatis, caſtitatis, & virginitatis officinæ, ampliſſima monaſteria, & alia veneranda vetuſtæ pietatis monumenta, nobis ob oculos ponunt. Sed, vbi Catholica Religione profligata, nouum iſtud Euangeliũ ſeritur & propagatur, ibi blaſphemiæ, paſquilli, & conuitia feruent, ſpoliantur, euertuntur, concremantur Monaſteria & Eccleſiæ, fugitiui, deſertores, & luxurioſi Monachi, cũ ſcortis ſuis, & feminis, in veneratione ſunt, & honore. Magiſtratus contemnitur, vel, eo prorſus amoto, alius ſollicitantibus noui Verbi Mi-

nistris, à furiosa plebe surrogatur, qui videre & tolerare possit, vt agresti feritate homines, immanissimam persequutionem in Catholicos, & maximè Ecclesiasticos, impunè, crudelissimè sequēdo, instituant. De quo procedendi modo, in Causa nona, latiùs.

Interim & Prædicantes Tremoniēses causæ huius septimæ veritatē, de suorum, in nouo cultu suo diuino tepore, &, quod nihil vitiorū, per nouam Augustanam Confessionem in Ciuitatibus Lutheranicis emēdetur, intelligant; placet ipsiusmet Lutheri hac de re querelas in mediū adducere, ne quid inuidè aut calūniosè fingere videamur. Sic igitur Lutherus in Colloq. Mensalibus c. 15. p. 148. **Jetz (ausserhalb des Bapsthumbs) ist vnser gebett gantz kalt/ Ja wir betten selten. Wir seind so Eyßkalt vnd so loß im gebett/ das es nirgend fort wil.**

Idem Lutherus alibi. *Indies ex nostra doctrina mundus redditur deterior. Hic diaboli conatus est, hæc opera, Res ipsa docet homines modo magis auaros,*

Postilla domest. Ienens. An. 1559. Cōcione Dominicę 1. Aduentus.

magis immisericordes, luxuriosos, contumaces esse atq; deteriores, quàm olim in Papatu fuerunt.

In sermonib. conuiualib.

Idem Lutherus alibi fatetur, *Maiorem auditorum ac discipulorum suorum partem Epicureos esse, qui omnem Euangelij doctrinam, ad priuatum suum arbitrium dirigunt, molles & bonos quærentes dies. Adeò, vt in ipso Papatu, tales & tam insignes nebulones non inueniantur, quales inter ipsos Euangelicos existunt, qui se reformatos nuncupant.* Similia habet Tom.3.fol.351.p.2.super Psalm.51. Et Tom.4.fol.62.p.1.in 6.c. Matthæi. Et Tom.6.fol.57.pag 1. in explicatione 2.præcept.& alibi passim.

Similes & Caluini quærelæ existũt de suorum impietate ac scelere, Sermone 10. & 30. in Epistolam ad Ephesios.

Hieronymus Menzelius in præfatione libri sui de Pastoribus, ita scribit. *Posteaquam nunc homines per sanctum Euangelium à Papæ tyrannide & potestate liberati sunt, & assueuerunt omnes illius constitutiones reÿcere, pro-*

grediuntur vlterius, & volunt prorsus eandem consuetudinem in alijs quoque rebus omnibus, siue sint bona, siue mala retinere, volũt esse liberi, nec à quoquam cohiberi.

Nicolaus Amsdorffius, libri, cui titulus, Pura Confessio, puræ doctrinæ Euangelij, ac refutatio præsentiũ Schvvermerorum, & Factiosorum. *Res*, inquit, *nihilo fit melior, sed in dies deterior, omnia nihil præ se ferunt aliud, quàm Euangelium apud nos pessum iturum, & loco Euangelij, non nisi meros, eosdemq́; egregios errores nos habituros, non quidem aliam ob causam, quàm quòd humanæ rationis prudentiæ, non autem ipsius veritatis studiosi simus.*

Andreas Musculus germanus Lutheri discipulus idem apertius testatum Dom. 1. Aduentus: *Cum nobis*, inquit, *Lutheranis hoc tempore ita agitur, vt si quis videre volet ingentem turbam nebulonum, hominum turbulentorum, fallacium, impostorum, fœneratorum, ciuitatem aliquam adeat, in qua Euangelium purè (Lutherana) prædicatur, cater-*

uatim tales ibi reperiet. Nam meridiana luce clarius est, quod hominum effrænatorum & indomitorum, apud quos omnis virtus & honestas penitus extincta est, & apud quos pro peccato nihil reputatur, nusquam plures, ne quidem apud Ethnicos, Turcas, & alios infideles, quam apud Euangelicos, apud quos omnia diabolo fræna laxata sunt, reperiantur.

Conc. 4. in cap. 21. Lucæ.

Iacobus, Andreas Schmidelinus, Præpositus & Cancellarius Tubingensis, fidelis Lutheranismi emissarius & agyrta: *Altera*, inquit *pars & turba Germanorum, suum quidē locum, verbo Dei, vt prædicetur, tribuit: nulla interim sentitur in illis morum emendatio: sed horrenda, Epicurea, & animalis, seu ferina eorum vita cernitur in commessationibus, compotationibus, cupiditatibus, pompis, & diuini nominis prophanationibus siue blasphemijs.* Et post pauca ibidem.

Ieiunij loco, commessationibus & perpotationibus, nocte dieq́; vacant: Vbi pauperibus benignè facere oportebat, eos deglubunt, & excoriant, Precationes

ver-

vertunt in iuramenta, blasphemias, & diuini nominis execrationes: idque tam perditè, vt Christus, ne ab ipsis quidem Turcis hodie tantoperè blasphemetur. Demum, pro humilitate, regnat passim apud illos superbia, fastus, elatio, luxuria vestium, quæ aut sumptuosissimè, aut stultissimè sunt elaboratæ. Atque hoc vniuersum vitæ genus ab illis Euāgelicum dicitur institutum. Interim sibi persuadent homines miserrimi, se rectam veramq́ue in Deum fidem, in animis suis retinere, & sibi propitium esse Deum, imò se etiam probiores impijs Papistis iudicant.

Accedit Martinus Bucerus, qui scribit: *Maxima eorum pars visa est id tantùm ex Euangelio Christi petijsse, vt iugum qualiscunque disciplinæ pœnitentiæ, & Religionis vniuersæ, quæ in Papatu reliqua fuit, abijcerent proq́ue carnis suæ arbitrio ac libidine instituerent, agerentq́ue omnia. Tum non ingratum fuit eis audire, iustificari nos fide in Christum non bonis operibus, quorum nullo tenebantur studio. Nec pauci eorum qua-* Lib. de Regno Christi cap. 4.

lemcunque Euangelij prædicationem, eò tantum receperunt-vt in OPES *inuaderent* ECCLESIASTICAS.

Similia lamentatur VVigandus, de pestiferis, Saxonici Euangelij fructibus. In admonitione sua de bonis & malis Germaniæ.

Prçfatione cōmēta: in Epistolā ad Corinth.

Locuples quoque testis accedit Paulus Eberus. *Tot*, inquit, *& tantis confusionibus ac scandalis deformatur totus cœtus Euangelicorum, vt nihil videatur minus esse, quam quod profitetur. Nam, si ad Docentes respicias: videas quosdam vel ambitione, vel æmulatione, vel curiositate doctrinam corrumpere, & falsam doctrinam audacter spargere, & pertinaciter tueri, aliquos, non necessaria certamina serere, & fouere implacabilibus odijs, aliquos Religionem inflectere, fingere, & refingere ad nutum & cupiditates, vel Dominorum, vel cœtuum: alios verò id vniuersum, quod vera docendo extruxerunt, morum licentia & turpitudine vitæ, rursus destruere.*

Rursus, si ad auditores oculos conuertas; videbis Religionis, & libertatis Christianæ fœdissimum abusum, contemptum,

& ne-

& neglectum Sancti Ministerij, disputationum prophanitatem, direptionem bonorum Ecclesiæ, ingratitudinem erga fideles Ministros verbi, disciplinæ laxationem, effrænem contumaciam iuuentutis, & aliorum vitiorum segetem indies vberrimam succrescentem, quæ mala intuens, non potest non vehementer animo percelli, & interdum quassari fluctibus dubitationum, ambigens, An hic Cœtus possit esse Ecclesia, in quo tantum sit distractionum, & Confusionum, & enormiũ viciorũ.

Benè mo ueris Edere.

Sed dignus est, qui in eandem sententiam audeatur Simon Paulus, cuius clangores hunc in modum tonant.

serm. Dominicæ XIII. post Trinitatem.

Nostro tempore iustè conqueri possunt, & dicere verbi apud nos Ministri, Væ tibi Lubeca; Væ tibi Hamburgum; Væ tibi Norimberga, Væ tibi Rostochium, Væ vobis omnibus quotquot Ditio hæc continet Ciuitatis, Væ vobis certis & impijs adulteris, fornicatoribus, helluonibus, lurconibus, vsurarijs, mendacibus, omnibusq́; vicinis peccatoribus, Quia verbum Dei, quòd purum & syncerum vobis annunciatur,

ciatur, turpiter negligitis, & contemnitis. En prædico vobis, tollerabilius erit terræ Sodomorum in die iudicij, quàm vobis. Et tu Saxonia, licet ad cœlum vsq; exaltata sis, ob Euangelium quod ex te primum ortum totum terrarum orbem, iam ante diem iudicij sanctum peruasit; in infernum tamen detruderis, eò quod tantum donum non agnoueris, & in tanta Euangelij luce, prauos mores non correxeris.

Scribit idem Simon Paulus alibi. *Ex Principibus & Nobilibus viris, multi Euangelium susceperunt hoc titulo, vt* ECCLESIAE BONA *ad se rapiant. Et profectò, nisi Ecclesiastica bona fecissent, Euangelij persequutores fuissent.*

per
artum
angel-
m in
adra-
f.

Hæc & multa similia idem Simon Superintendens Megapolensis, in suis Euangelicis enarrationibus, de Saxonico suo Euangelico passim commemorat.

Quin & plures Lutheranici verbi Ministri, similes de doctrinæ suæ va-

nitate

nitate,& quod nihil vitiorum emē-det, lamentationes instituunt, Christophorus Fischerius: *Quot sunt*, inquit *qui apud nos Euangelio, tanquam pallio vtuntur, quo mala sua facta contegant. Vnus ex ipsis diabolus egressus est, septem, quinimò centum nequiores, huius locum subiuerunt. Et pró dolor, deteriores iam homines sunt, quàm olim etiam fuerunt in Papatu. Reddit illos ad omne opus tardos, & difficiles Diabolus, ad omne malum alacres & expeditos.*

Sermone in Dominicam Oculi.

Eosdem Augustani, & Saxonici Euangelij fructus, statim in ipso ortu inclitus & perpetua laude dignissimus Princeps D. Georgius Saxoniæ Dux cognouit, quando ad primum eius auctorem, Lutherum hunc in modum scribit. *Affirmare possumus, nobis Euangelium tuum curæ parum esse, cum sit à capitibus Christianitatis pro reprobo iudicatum. Id vnum curauimus, vt ne à nostris acceptaretur, pro virili præcaueremus. Ad hoc nobis causas dedere mali fructus inde producti.*

Vide Cochle. de actis Luther. an 1526 pag 128.

Neque

*Neque tu nec alius quispiam verè dicere potest aliud, quàm blasphemiam sancti venerabilis Sacramenti, Sanctissimæ Dei Genetricis, omniumq́; Sanctorum ex tua doctrina originem habere. Ex tua enim, tuorumq́; discipulorum doctrina, omnes antiquæ, ac reprobatæ hæreses renouantur; Omnis Dei cultus honestus aboletur. Quod sanè à temporibus vsque Sergij tam latè numquam factum est. Quando plura facta sunt sacrilegia deo consecratarum personarum, quàm post productũ Euangelium tuum? Quando plures, rogo factæ sunt rebelliones contra superiores, quam factæ sunt ex Euangelio tuo? Quando plures factæ sunt rapinæ ac furta? Quando plures fuerunt VVittenbergæ excucullati Apostatæ Monachi, ac Moniales, * quã nunc sunt? Quando plures mariti ademptæ sunt uxores, alijsque traditæ, quàm nunc in tuo reperitur Euangelio? Quando plura facta sunt adulteria, nisi posteaquam tu scripsisti*, si mulier à viro suo fœcundari nequeat, vt ad alium transeat, à quò fœcundetur, & vir fœtum illum alere teneatur, & contra vir itidem faciat.

* Exēplũ in Leonardo Koppen ciue Torgensi, qui ex vno Monasterio Nymicēsi nouē Virgines Sacras abduxit: quarum vna Catharina de Bore post biēniũ mortuo Friderico Elect. Sax Luthero flagitiose nupsit. Vide Cochle in actis Luth. an 1527. p. 73. Aliud Exempli Moniali Florentinæ, quæ cum ex Mona-

Hæc tuum Euangelium, quod sub scamno latens produxisti, attulit. Et rectum quidem ei nomen imponis, quod sub scamno latent produxeris. Bonum profectò foret, illud adhuc sub scamno latere. Nam, si adhuc alterum tale produxeris, nos nullum conseruabimus rusticum. Si Christus tale voluisset Euangelium, non tam sæpe dixisset, Pax vobis. *Petrus & Paulus non dixissent*. Superioribus obediẽdum esse. *Idcirco illi ipsi fructus nobis ingentem & nauseam & horrorem faciunt tuæ doctrinæ, tuiq́ Euangelij.* Hæc Dux Georgius.

sterio ad Lutherũ aufugisset, ille scripto pro ea libello, rem pro magno miraculo vendicauit. Cochlæ: in actis an. 1524. p. 100. 101.

Atque hæc quidem testimonia sũt, non Catholicorum, quæ tanquam suspecta, nullam apud vos Prædicãtes fidem mererentur; sed ipsius Lutheri ac Symmistarum eius, quæ ipsa vis veritatis ab illis extorsit. Est & omni exceptione maius testimoniũ illud egregij & Religiosissimi Principis Georgij, qui proximus Lutheri vicinus perniciosos noui istius Euãgelij, quos recensuimus, fructus, in Luthero eiusq́ue sectatoribus commodè obseruare potuit?

Neq;

Neque verò mirum est, tam prauos & pestilentes fructus nouum istud Euangelium produxisse. Luthero enim, quo parente satum & propagatum est, familiaris fuit Spiritus, non gratiæ aut veritatis, de quo nullam vnquam sibi factam visionem, commemorat, quemadmodum Anno 1534. illi PAVLVS ABBAS Veteris cellæ obiecit, sed Spiritus mendacij & homicidij, adeòq; omnium scelerum sator & amplificator Diabolus, *quem se benè & valdè benè nosse fatetur.* (*Tom. 2. Ienens fol. 77.*) *adeò vt per otium ab eo argumenta fanaticorum didicerit, qui propiùs etiam sibi sua CATHARINA cubet, & à quo quam à Cæsare interfici malit. In Colloquijs Mēsalib. folio 216. 281. & 259.* Quid multis? Tam familiariter vsus est Lutherus Diabolo, vt non veritus sit nostræ Catholicæ religionis infestandæ disciplinam eidem Magistro asscribere. Nam, vt alia huius rei exempla sileam, vnum hoc quod profero erit instar omnium. Sanctissimum Sacrificium Missæ typo Melchisedechi præsignificatum, Sacrificijs Veteris

Cochleus in actis Luth pag. 280.

legis

legis præfuguratum, vaticinijs Prophetarum promissum, Domini authoritate institutum, Apostolorum exemplo confirmatum, vniuersæ antiquitatis vsu & pietate corroboratum, *basin* denique *& fundamentum* (attestante ipso *Luthero Tom. 2. Ienens. in Responso ad Henricum Regem Angliæ) cui totus Papatus innititur, quoque subuerso, Papatum ruere necesse est*, hoc, inquam, sanctissimum Sacrificium *Lutherus ipsemet testatur, se à Diabolo institutum, didicisse esse rem abominabilē, nefandam, summam Idololatriam qua infinitæ animæ inferno mancipentur.* Negare hoc nō potestis, vos Lutherologi Tremonienses; Ipse enim Lutherus iusto Dei iudicio occæcatus, & in reprobū sensū traditus, ad perpetuā rei memoriā, ad doctrinæ suæ turpitudinē toti mūdo detegēdam, prolixā & verbosā Diaboli secū de SS. Missæ sacrificio nocturno tempore habitam disputationem, eiusq; à se reportatum triūphū & victoriā germanico idiomate cōscripsit *in l. de Missa angulari & cōsecratione Sacerdotū. qui exstat Tō. 6. Germ. Ienēs. fol. 82.*

Ipsius Lutheri scripta testantur, quã verè ac certò *iam possit digito monstrari & dicier*, HIC EST. Hic, inquam, est ipse Diabolus, qui *est homicida & mendax ab initio*, qui Deo ac saluatori Christo Iesu, qui sacris eius litteris, qui diuinis eius Sacramentis, qui sancto eius gregi Ecclesiæque vniuersę hostis est infestissimus. Quid hoc Magistro ignobilius? quid fœdius? Clamat Apostolus. *Nolite locũ dare Diabolo. Induite vos armaturã Dei, vt possitis stare aduersus insidias Diaboli.* & eritis vos tã amẽtes, tã ab omni veritate ab horrẽtes, tã æternæ vestræ salutis immemores, vt Diaboli argumẽtis & suasionibus locũ dandũ arbitremini? Quin dicitis Luthero quod olim impio cuidam Tyranno S. Theodomarus Salisburgensis Episcopus & Martyr: *Tua doctrina non est tua, sed Diaboli.* Nolite imitari illum, qui dicebat; *Etiamsi Lutherum in inferno videret, tamen ab eius doctrina recedere se nolle. Non est*, inquit Seneca, *leuitas à cognito & damnato errore discedere.* Et S. Augustinus, *Aequum est*

Ioan. 8.

Ephes. 4.

Hen. Canis. Tõ. 4. Antiq. p. 686.

benè consideratis perspectisq; rationibus cedere. Nolle à Magistris malis recedere, est *à Magistro Apostolo recedere* (verba sũt Hieronymi in Apologia aduersus Ruffinum) *qui docet, etiam Angelum, & se, si in fide errauerint, non sequendos.* Quanto autem magis non sequendi illi, si diaboli discipuli sint, si Diabolus ipsemet? Non potest profectò rei huius indignitas, pro eo ac debet, satis exaggerari.

Lib. de Magist. ca. 10.

Galat. 1.

Quare respuite & abiurate miserabilẽ illa & damnabilem disciplinã, quam à Diabolo se accepisse Lutherus confitetur, & cum Catholicis Tremoniensibus ciuibus eius Ecclesiæ magisterio parete, *quæ*, vt Augu. verbis vtar, *vsq; ad confeßionem generis humani ab Apostolica sede per succeßiones Eipscoporum frustra hæreticis circũlatrantibus, & partim plebis ipsius iudicio, partim Conciliorum grauitate, partim etiam miraculorum maiestate damnatis, culmen authoritatis obtinuit. Cui nolle primas dare, vel summæ profectò impietatis est, vel præcipitis arrogantiæ.*

Aug. de vtil. cred. c. 17.

CAVSA OCTAVA.

Quia venerãdam Ecclesiasticam antiquitatem, Sanctissimos Ecclesiæ Patres Augustanæ Confessionis, Protestantes, magno & intolerabili, quo turgent, & inflati sunt fastu, contemnunt; suamq́; recenter natam doctrinam, tamq́; è cœlo delapsam, imperito populo obtrudunt: Hinc Catholici Tremoniẽses, Augustanam Confessionem meritò auersantur.

TERRET octauo Tremoniẽses Catholicos, incredibilis Lutheranorum Prædicantiũ fastus, tumor, & superbia, qua præstantissimos Ecclesiæ viros contẽnentes, se & sua petulãter omnibus præferunt, adeò, vt hinc sibi persuadere non possint, tales homines, Spiritu humilitatis, & mansuetudinis Euãgelicæ duci, & ob hãc

etiam iustissimam causam, fabricatam ab ipsis confessionem, Catechismos, & doctrinam, in euidentem salutis, ac animæ suæ perniciem, acceptare nequeunt. Insolens eorum superbia, peregrinas, & antè non auditas sententias gignit, & facit, vt priuatarum opinionum suarum commenta, quæ semel, partis, & singularitatis defendendæ studio susceperunt, vincendi, & non veritatis amore, omnium totius Ecclesiæ doctorum sententiæ, & vniuersali doctrinæ anteponant. Quod dum fit, Philautia, & sui amor superbiam, hæc, solitariæ, & priuatæ sententiæ opinionem, illa demum, dignam parente sobolem, schisma, ac hæresim producit. Atque hac ratione iuxta Apostoli Iudæ, & D. Petri doctrinam, *homines audaces, sibi placentes, murmuratores querulosi, quorũ os loquitur superbiam*, sectas non metuunt introducere. Eaque de causa D. Augustinus lib. 2. de Genesi ad literam c. 8. *Superbiam, omnium hæresum matrem* appellat; *qua homines seipsos amantes, cupidi, elati, superbi, animo corrupto pro-*

prijs

prijs inuentis oblectantur, aliorum placita, & doctissima scripta contemnunt, noua, ac sua, veteribus, & priuata publicis anteponunt. De se, magnificè loquuntur, & sentiunt, sanctissimis Ecclesiæ Doctoribus, omnem religionis, pietatis, veritatisque opinionem detrahunt, eo quò priscæ, & præsentis Ecclesiæ consuetudine receptum intelligant, omnes disputationum controuersias, per vetustorum & sanctissimorum Patrum, qui diuersis temporibus, & locis vixerunt, vnanimem, & consentientem interpretationem, determinari. Idcircò legitimos controuersiarum Iudices, venerandos Ecclesiæ doctores, quorum pleriq; proprio sanguine, doctrinā, ac professionem suam, Deo & mundo testatam reddiderunt, contumeliosissimè exagitantes, superbissimè fastidiunt, aspernantur, reijciunt. Et; quod relatu horrendum, censoria virgula, damnatos pronunciant.

Similit & Arri ni, Ven randor Patrum iudiciu de sua doctri- na, rep diarun Niceph l. 12 c Socrate l. 5. Hi riæ Ec cap. 10.

Quibus proinde *D. HIERONYMVS hæreticus fuit, fidei, ac veræ Religionis ignarus, vt ea propter, inter veros Ecclesiæ doctores annumerari nō debeat. Cùm*

rigidus sit & intolerabilis asinus, nullius iudicij aut diligẽtiæ, in cuius scriptis, ne verbũ quidẽ de fide ac vera Religione extat & nil, nisi nugas habeat. sicũ ijs, quæ Philippus Melancht in Epist ad Rom cõmentatus est, cõferantur. In quẽ, Lutheri odiũ ideo exarsit, quia de ieiunio, de delectu ciborum, de virginitate nimis multa scribat. Quod Aurifaber, in Mẽsal. Lutheri Colloq. apertè fatetur *D. AVGVSTINVS* iisdẽ censoribus, *haud leuium errorum seminator, & ab alijs iam sparsos errores adauxit; Cuiꝰ multi libri nihil sunt. ORIGINES, Verbi diuini deprauator, qui vix vllam D. Pauli sententiam, absque insigni & perniciosa deprauatione exponit: ne vnum quidẽ verbum habet de Christo. Quem se iam excõmunicasse,* Papa Saxonicus scribit. Eundẽ Origenẽ Beza dicit. *fuisse delectum Diaboli organũ, Apostolicæ doctrinæ funditus euertendæ ordinatũ. CHRYSOSTOMVS, nil nisi loquaculus, Monachatui contra Euangelium, multò quã par erat, studiosior Quare D. Lutherus, nullo eum loco habet, ex cuius sẽtẽtia nihil propè scribit, ꝙ purum sit, & libri eius, nihil aliud sũt, quã chaos, et saccus plenus verborũ, vbi in-*

nepfius lib. de Euchar.

In Colloq. mẽsalib p. 74.

Beza. in ep. 3 ad Rom.

In Mẽsal Colloq p.

bi nihil est in recessu. BASILIVS, inutilis, & totus est monach⁹, qui ne pili quidē faciendus, quia nihil valet. TERTVLLIANVS, homo sine doctrina, & vllo ingenio, absq; sēsu cōmuni, horridus, ferus, & quē proindē Lutherus, alterum Carolstadium constituit. CYPRIANVS, totius Africæ primas & gloriosissim⁹ Dei martyr, qui Reipub. Christianę cōtra hæreticos inuictū propugnaculū se præstitit, Petro Martyri Caluiniano, *infirmus est Theologus, cuius ætate Ecclesia degenerare cœpit. In ATHANASIO nihil singulare fuit. NAZIANZENVS, in sua poesi versatus, nihil synceri de Deo scripsit. D. BERNARDVS, superstitiosus phantasticus, à paritate doctrinæ Euangelicæ alienus. THEOPHYLACTVS, in assertionibus suis nimis violētus. D. THOMAS Aquinas, pestis & euersor Euāgelij, præstigiator sophista, omnis hæresis fōs, & origo. ISIDORVM, virū religiosissimū, & quē ante Lutherū nemo negauit, Sacrarū litterarū peritissimū, nūquā ferè, nisi canē, Luther⁹ cognominat. DIONYSIVS Areopag. Platonizans ignorātissimus est Theologista, in quo nihil solidæ eruditionis, in cuius scriptis Christus,*

Luther. libello contra Pseudo Euangelicos.

eiusq; doctrina amittitur, otiosas speculationes, & mera somnia tractat, nec Pauli discipulus, nec martyr fuit D. AMASCENVS. Temerarijs hisce nouatoribus impudens auctor fuit, quem *Vrbanus Regius, puerilem auctorem* nuncupat, *qui sua humanis figmentis confirmat, cuius doctrina impura, & à sacris literis dissentiens. GREGORIVS MAGNVS* Caluino *magus est, cuius cōciones, ne terunciū quidē valent.* Pomeranus qui Lutheri ætate fuit Pastor VVittenbergensis: *Patres,* inquit, *siue sancti, siue nō sancti, nihil moror, excæcati sunt Montanico Spiritu, per traditiones humanas, & doctrinas dæmoniorum in hypocrisi loquentium mendacium: Non debetis Patribus credere, quia ex vno ore calidum, & frigidum efflant. Et, si senserunt, vt scripserunt, omnes perierunt, nisi fortè, qui resipuerunt, ante supremum vitæ diem.*

Vrbanus Regus in his Com. pag. 125. Phillip. Melanc. libello de scriptis Patrum.

Pomer. in Ionā

Sebastianus Frāck nouus post Lutherum hæresiarcha, Lutheranos & Caluinianos omnes pestiferos, & nocentissimos hæreticos pronuncians, quem Atheistica secta. D O-

Sebast. Franck Epist. ad Campianū, & fratres in [il]lustria agentes.

MVS

MVS AMORIS, pro numine colit, apertè, varijs in locis sribit, *Omnes Ecclesiæ Doctores, quorum scripta modo extant, lupos esse rapaces, ignorantiæ doctores simias Apostolorum, Dæmonis, & Antichristi discipulos. Quos Paulus post discessum suũ, in gregẽ domini irruituros, per spiritum Dei prauidit, Et quos Ioannes Antichristos nuncupat, qui viuentibus adhuc Apostolis, ex ipsis exierunt; Quod ipsorum scripta manifestè demonstrant, nempe Clementis, Irenæi, Tertulliani, Cypriani, Chrysostomi, Hilarÿ, Cyrilli, Originis, & aliorum quæ rebus inanibus, & puerilibus scatent, & dissonãtia planè sunt cum Apostolorum Spiritu,* &c. Pudet profectò referre, quæ Sebastianus ille Frãc in sanctos ac venerandos Ecclesiæ Doctores, scelleratissima lingua vlterius eructat.

In Paradox. suis. in aurea. sua arca. In septẽ sigillis. in histo. ria sua, capite de hæret.

Quemadmodum autem Augustanæ Confessiones Antistites, Sanctissimorum Patrum autoritatem, & antiquitatem, vt impiam, scelleratis vocibus, & furiosis scriptis, reijciendo, hoc vnum intendunt, vt veteris Ecclesiæ auctoritas, ad cuius iu-

dicium moderna, in obortis cõtrouersijs, semper appellat, omninò iaceat, eius spretum, & conculcatum sit iudicium: Ita, ambitiosa, raræ alicuius doctrinæ, & euangelicæ reformationis ostẽtatione, cò impudentissimè procedunt, vt tantum penes se, veram esse Sacrarum literarum interpretationem, & veram Confessionem, persuadeant. Hinc Lutherus constanter asserit, *se, doctrinam suam ex cœlo hausisse, nec quicquam curare, si mille Cypriani, mille Augustini ipsi aduersẽtur.* Quapropter Lutherani, pro comperto habent, *quòd, qui à Deo in Doctoris Martini Schola eruditi nõ sũt, nihil quidpiam de Deo sciant: vsq; adeò, vt neutiquam dubitent, D. Augustinum, si viueret, Doctoris Martini discipulum, sine vllo pudore, se professurum: Quia*, vt Præfatio habet in tractatum de bonis operibus, *Doctor est Christianissimus diuinitus huic sæculo, velut alter Daniel, datus*. Quare Dauid Chytreus scribit; *Ad gratiam Dei & iustitiã fidei rectè intelligendam, longè plus conducere vnicum Lutheri in Episto*

Lib. de studio Theologico.

lam ad Gallatos Commentarium, quam omnia Basilij, Cyrilli, Origenis, Gregorij Nazianzeni, Epiphanij, Hylarij, & Patrum opera in vnum collata: Quorum Commentaria in Epistolas Pauli, nihil sunt nisi nugæ si cum ijs, quæ Philippus Melanchthon in easdem edidit, conferātur. Et id quidem iustè ac meritò, quia virum Dei se esse, sciebat Lutherus, quē asseclæ, & discipuli sui scribunt Prophetam Germaniæ; Tertium Heliam, Alterū Ioannem Baptistam, Doctorem Ecclesiæ omnium maximum, vltimam Dei tubam, angelum Domini, os Christi, omnium Theologorum Deum, summum ac maximum Ecclesiæ Doctorem omnia in omnibus Scripturæ verissimum, ac diuinissimum interpretem, sanctum, potentem in dictis & factis, cui similem in doctrina, fide, & interpretatione scripturarum mundus nō habuit, nec vnquam habebit, Ecclesiæ iam olim à Deo per os Pauli, ac Hussi promissum: Imò, ipsum esse Isaiam Prophetam, Philippum Melanchthonem autem Ieremiam; Cuius quidem Philippi Apologia, omnes Ecclesiæ Doctores, etiā ipsum Augustinū superat.

In Mensalib. suis Colloq. p. 488.

Amsdorfius, Sarcerius Matthesi[9], Musculus, in libris suis & orationib. passim de Luthero. Petrus Rebenstock in Colloq. de Actis Lutheri.

Imo

uther. praefa ... c. cõ ... ētario- ... Philip. ... Epist. ... Ro- ... anos. ... ib con ... a Eras- ... num de ... ruo ar- ... trio.

imò scribit Hieronymi, & Origenis interpretationes in Epistolam ad Roman. *meras esse vanitates, ineptias, & nenias, si cum Philippi commentarijs conferantur.* Porrò, confidenter alibi scribit Lutherus: *Deponite Papistæ quicquid armaturæ suppeditant Orthodoxi veteres Theologorum scholæ, auctoritas Conciliorũ & Pontificum, consensus tot sæculorum, ac totius populi Christiani. Nihil recipimus, nisi scripturas; sed sic, vt penes nos solos sit certa auctoritas interpretandi. Quod nos interpretamur, hoc sensit spiritus Sanctus, quod adferunt alij, quamuis magni, quãuis multi à Spiritu Satanæ, & alienata mente profectum est.* En audaciam hominis, en præfidentẽ temeritatẽ qui soli sibi sapientiam, soli censoriam in omnes virgulam arrogare audet. Nonne tibi *Nestorium* aliquem audire videris, *cuius hæc fuit scelerata præsumptio, quòd sacrã scripturam se solum & primum intelligere, & omnes alios ignorasse iactaret, qui ante se magisterij munere præditi diuina eloquia tractassent: vniuersos scilicet sacerdotes, Cõfes-*

Vincen. ... irinẽ. ... p. 42.

sores & martyres: totam postremò etiam nunc errare & semper errasse Ecclesiam, vt quæ ignaros doctores eo iudice & sequuta esset, & adhuc sequeretur. Idem superbus spiritus Lutherum incessit, cum magno supercilio iactauit, *ex omnibus Patrum libris tantum contrahi non posse, quantum per Dei gratiam hoc æuo paruus Catechismus doceat. Neque vnquam Biblia tam dextrè, intelligēter, securè & sine offendiculo legi potuisse, quā ipse VVittenbergæ sua vernacula translatione præpararit.* Ab eodem spiritu profectum est illud Lutheri: *Valde,* inquit, *speciosum & robustum videtur argumentum Papistarum. Ecclesia tot seculis sic sensit & docuit sic senserūt & docuerunt omnes primitiuæ Ecclesiæ Doctores Viri sanctißimi quis es tu, qui ausis ab ijs omnibus dissentire? Quandò Satan hoc vrgit, constanter dicas, siue S. Cyprianus, Augustinus, Ambrosius, siue S. Petrus, Paulus, Ioannes, imò Angelus de cœlo aliter doceat, tamen hoc certò scio, quòd humana non suadeo, sed diuina. Ibi enim cum fiducia dicere possum Esto sanè, Ecclesia, Augustinus & alij Doctores: Itē*

In Colloq. Mēsalib. fol. 149.

Tom. 5. ad Galat. c. 1. f. 290.

Pe-

Petrus, Apollo, imò angelus è cælo diuersum doceant: tamē mea doctrina est eiusmodi, quæ solius Dei gloriam illustrat. Petrus Apostolorum summus viuebat, & docebat extra verbum Dei.

Sed quid ad has Lutheri voces stultitię & intolerabilis arrogantię plenas Caluinismi propugnatores; Illinè ijs persuasi in Lutheri & Philippi pædagogium condescendent? Nequaquam, sed illud, velut pestem ex ipsorum consilio deuitandum, iā ante, causa secūda, explicatū, & proinde illi, quia cū Sebastiano Frāck, Lutherum hominem delirum, ac fatuum profitentur, & omnem eius doctrinam, tantoperè detestandam, nos meritò, & oportunè monent. Hinc, repudiatis Lutheranis institutiones ac scripta Caluini vnicè commendant, eum Petrus Martyr *virum Apostolicum esse scribit, cum multis modis centū Augustinis præstet.* Asserit Beza *quod nullus hactenus auctor, vel sacrarum literarum interpres doctiùs, elegantius, & apertiùs, de rebus diuinis & Religione scripserit, quā ipse Caluinus.*

Martyr. li. de sacramentis.

In lib. Iconum.

Lib. de Trinit. & Mediatore.

Et ex Gregorij Massouitæ testi-

monio

monio. *Bucerus, Oecolampadius, Zuinglius viri sunt innocentissimi, sanctissimi, grauissimi & fortissimi heroes, & Euangelicæ veritatis præcones.* Puritanorum siue Rigidorum, Caluinistarum in Anglia princeps Carterouitus, ita scribit; *D. Caluinum recipimus, & veneramur vt Dei nobilissimum organum, ad Ecclesiam expurgandam, & synceram diuinarum Scripturarum interpretationem orbi restituendã, à Deo suscitatum, cui, ab Apostolorum tempore, par non fuerit.* Huc accedit, quod nõ erubescant Puritani asseuerare *adeò Caluinum, & Bezã in exponendis scripturis omnes antecellere, vt reprehensioni minus obnoxiũ sit, veterũ omnes expositiones reijcere, quã Caluini & Bezæ, de sensu scripturarum, iudicium refugere.* Lib. 1. p. 32.

Possem subijcere quoque Anabaptistarũ, & familiæ Amoris (cuius sectæ author est H. N. i. Hẽricus Nicolai Hollandus, Dauidis Georgij nefandissimi impostoris æmulus) de Patribus, & Doctoribus Ecclesiæ iudicia, nisi foret indignũ, taliũ pestiũ, & sceleratarũ mẽtiũ sentẽtias cõmemorare. Sanè in eo, vt vno verbo dicã, tur-

bulentæ istæ factiones conueniunt, vt omnes Ecclesiæ Patres, eorumq; scripta omnino detestētur, atq; reijciant. Citata secta domus Amoris, atheistica prorsus, Sacras literas, à summis viris, ad coercendum, & in officio continendam plebem, duntaxat excogitatas, impiè nugatur. Et cum Muntzero, S. Scripturam derident, Qui Bibliorum mētionem audiens, dicebat. **Was? Bibel/ Babal/ Bubel/ Babel.** Ecce, in quæ nō deuia miseri abducantur homines, qui à Catholicæ Ecclesiæ tramite declinant.

Nos autem ad propositum redeūdo, ex veterum Ecclesiæ hostium ac Nouatorum genio, modernum pariter nostrorum hæreticorum, ex simili Patrum contempto agnoscimus, qui eadem petulantia, ac simili blasphemię spiritu, denteq́ue canino eorum scripta, ipsosq́ue venerandos Patres arroserunt. Cyprianum *zelosum* Patrem ac martyrem *Coprianum* nominarunt, *quasi, quod elegans ingenium & melioribus rebus aptum, ad superstitionem & aniles fabulas contulisset.*

ſet. D. Auguſtiuus Donatiſtis lupus erat, ac proindè opprimendus, & qui eum trucidaſſet, hunc facilè veniam à Deo impetraturum. Iidē etiam Donatiſtæ, fœdiſſimis contaminati ſceleribus, Orthodoxos omnes, *paganos* nuncupabant, eosque, *vt deſerta Eccleſia vniuerſali. ſuo ſe gregi, hoc eſt, parti coniungentes, Chriſtiani fierent. hortabantur.* Erant iiſdē ſanctiſſimi & optimi Eccleſię (a) *Antiſtites polluti*; (b) *Muſcæ moritura olei ſuauitate exterminantes*; *Samaritani*; *Sacrorū librorum* (d) *traditores. Erat Orthodoxa ipſis Eccleſia mulier fornicaria* (ſicut nunc noſtro Luthero, & alijs hæreticis, Babylonica Meretrix) *in qua Schiſmaticorum multimodas peſtes ſit reperire.*

a Optatus lib. 6 & D. Auguſt. cōtra Fulgentium Reſp. 16.
b Optatus lib 7. Et D. Auguſt. cōtra Fulgentium Reſp 14.
c D. Au. contra Fulgentium in principio.
d De ſacrorum librorum traditorib. vide Balduini commētaria in Optatū & D. Auguſti libello cōtra Fulgent Donatiſtam paſſim.
e Euſeb. lib 3. de

Quàm præclara fuerit Nicæna Synodus, in quam præcipui orbis Epiſcopi CCCL. & alij complures ſummi præſtantiſſimique viri conuenerant, (e) Euſebij, & Socratis hiſtoriam, ipſiusque Synodi acta legenti, non eſt ignotum. Et tamen impudentiſſimi vnius Sabini maledica lingua eſt inuēta, quæ ſummos iſtos Patres, & Eccleſiæ Doctores, ipſi etiā

vita Cõstantini. Socrates hist. Ecclesiasticæ. l. c. 8. & Acta Synodi Nicenæ separatim impressa Coloniæ Anno 1540. Theodoretus Hist. Ecclesiasticæ l. 1. c. 4.

Cõstantino Augusto, sũmæ reuerẽtiæ obseruantia cultos, *rudes, ignaros, & nihil scientes idiotas* non erubuerit compellare.

Simili modo de Arrianis Alexander Episcopus Alexandrinus scribit; *An illi vereantur sermonibus suis in nos debacchari, qui stant instructi in acie aduersus filium Dei? qui etiam nullorum veterum comparationem, secum fieri, aut se, magistris nostris, quibus à pueris vsi sumus, æquari patiuntur. Neque vlli coniuncto nobis societate functionis modulum sapientiæ concedunt, ipsi soli sapientia non quæsita præditi, quique gloriẽtur inuentione dogmatum, & reuelatione earum rerum, quæ res nemini omniũ, quos sol videt, in mentem venerint. O nefariam superbiam, malitiam immodicam, vesania concinnatam gloriæ inanitatem, denique, satanicum sensum, quo ipsorum scelerata mentes occaluêre.*

Cur autem prisci, & nostri etiam temporis hæretici, Ecclesiasticorum Patrum authoritatem, ita omninò conuulsam, & suppressam esse

percu-

percupiant, B. Vigilius Epiſcopus ac Martyr, libro primo contra Euchetem ſub initium, hanc cauſam allegat. *Præuentus falſæ opinionis errore humanus animus ad veri rationem percipiendam durus, & perdifficilis, inuenitur, quantisqúe teſtibus vrgeatur. Mauult enim praui dogmatis ſententiam, qua ſemel infectus eſt, peruerſus vendicare, quàm hanc eandem tantis diuinarum humanarumq́ legum auctoritatibus refutatam, ſalubrius im mutare. Maximè, cū aut imperitiæ vitio aut contentionis morbo ægrotent. Et, dum petulantis animi ſupercilio eriguntur antiquitus traditas à Patribus fidei regulas, ob hoc ſolùm deſpiciunt, vt malè conceptas nobilitatum ſuarum ſententias in Eccleſiam intromittant.* N. B.

Idem, Sanctiſſimus Chriſti Martur Vigilius, ſub initium libri quinti contra Eutychetem, ex 2. ad Timotheum cap. 3. *Eccleſiaſtici*, inquit, *ſcriptores, venerandi Maiores, & Patres ſunt noſtri. Iam autē à Paulo ſcribitur? Quod in nouiſſimis temporibus*

instabunt tempora periculosa, in quibus erunt homines seipsos amantes, superbi, blasphemi, parentibus non obedientes. criminatores. pacem non custodientes, &c. Non est ergo ambiguum, ex impietate hæreticæ prauitatis descendere, parentibus non obedire, eosdemq́ falsis criminationum iaculis appetere: Hinc enim tales perfidos, & sine fide, Apostolicus sermo notauit, quod parẽtibus, hoc est, venerandis Ecclesiæ Patribus & Doctoribus, non solum inobedientes, verùm etiam acerrimi eorum criminatores existant. Hactenus Vigilius.

Hæc hæreticorum, & antiqui, & moderni sæculi de famosis, & præstantissimis Ecclesiæ Doctoribus est sententia, quorum vnanimem, & consentientem doctrinam, repudiatam & pessundatam esse, multis modis percuperent, vt inauditam, ac nouam suam, cum rara, noua, & exquisita scientiæ opinione, populo, cuius fauores venantur, persuadeant. Et, nihilo tamen minus, orationibus, tractatibus, & locis cõmunibus suis, vel leui occasione data, Patrum ac Doctorũ catholicorũ citationes, &

doctri-

doctrinas infarciunt, & eorum au ctoritate, sua stabilire & confirmare satagũt. De quo Nouatorum genio, Reuerendus & Eximius Societatis IESV Theologus D. Antonius Posseuinus, lib. de Atheismis hæreticorum, cap. 4. scribens: *Agnosco*, inquit, *ipsius Lutheri, & qui eum imbuit, Satanæ astutias, Patres enim, cum vnanimes, & vnius labij sint iure fidei, sic repellitis, vt ne flocci quidem faciatis. At, si tantillum apparet, quo per illos, ædificium fidei prosternere possitis, tum eorum auctoritas, vobis est sacrosancta.* Hæc ille.

Sed concludã hoc caput aliquot præclaris Nouatorum testimonijs, quæ illi vel vi veritatis conuicti, vel instar Cayphæ & immundorum spirituum imprudentes & coacti, vel pudore, vel publico omnium bonorum testimonio, vel conscientiæ quibusdam stimulis puncti ac superati, suis sese iudicijs condemnantes, venerandæ Patrum integritati, authoritati & veritati reddiderunt.

Lutherus epistola ad Albertum Moguntinum Electorem scribit, *se*

veteres scriptores, tanquam suæ caussæ patronos suspicere colere, venerari. Idē cum suo Achate Melanchthone, epistola ad Ordines Imperii, qui Norimbergæ conuenerant, *volunt Euangelium doceri secundùm interpretationes à prima Ecclesia receptas, nimirum iuxta Cypriani, Hilarÿ, Cyrilli, Basilÿ, Augustini & similium sententias.*

Quia ipſemet Lutherus ſine vlla LEGITIMAE VOCATIONIS authoritate ad publicum docendi reformandiq́ue munus ſeſe intruſit, eademq́ue LEGITIMAE VOCATIONIS authoritate etiam nunc deſtituti ſunt Tremonienſes Lutherologi, omnesq́ue omninò eorum Symmiſtæ: non debent, neq; poſſunt ſine æternæ ſalutis diſpendio, qui apud Tremonienſes ſuperſunt Catholici, Lutheri doctrinam, eiusq́ue verè Lesbiam regulam, Auguſtanam inquam Confeſſionem amplecti.

MVltas quidem eaſq́ue grauiſſimas cauſſas hactenus vobis, Domini Prædicantes, obuertimus,

cur veſtrates Catholici à priſtina & Catholica maiorum ſuorum Religione ad Lutheranam ſectam migrare non debeant. Sed vna ſupereſt, quæ maximum pondus & momentum habet, cùm ad Catholicorum conſtantiam augendam, tum ad Lutheraniſmi inanitatem, & impietatem ſub omnium oculos aſpectumque ſubijciendam; ideoque eã extremo loco explicandam cenſuimus.

Lutherum primipilum veſtrum, quem vos diuinum Prophetam, collapſæ Eccleſiæ reſtauratorem, publicæ ſalutis & veritatis vindicem creditis, certò certius eſt, anno abhinc fermè nonageſimo, *Auguſtinianæ* priùs familiæ Monachum, priſtina fide & regula deſerta, ſine vlla LEGITIMAE VOCATIONIS authoritate, contra totius orbis Chriſtiani, omniumque ſeculorum conſenſum, nouam in Eccleſia doctrinam ſpargere, receptos cultus & cæremonias abrogare, Catholicam ſalutis rationem damnare, inauditas denique & inſolitas in cœlum vias ſtrue-

re cœpisse; vosque ipsos & omnes omnino Lutherani Euangelij Doctores legitima vocatione destitutos docēdi munus temerè vsurpare. Hæc, hæc vna caussa, (vt superiores omnes silentio præteruehar) iusta & idonea est, cur Tremonienses Catholici doctrinam Lutheri recipere, vobisque nouis Doctoribus aures præbere non possint.

Sciunt enim ipsi, neque vos negare audetis, quanta sit legitimæ vocationis necessitas, & quàm grauiter in sacris literis reprehendantur, qui nullo vocante currunt, nullo mittēte docent, nullo inspirante vaticinātur. *Quomodo*, inquit Apostolus ad Rom. 10. *prædicabunt, nisi mittantur?* intellige, à Deo, aut ab habente eius auctoritatem. Vt enim à Deo est salus, ita etiam prædicatio & missio. Idem ad Hebræ. 5 *Nec quisquam sibi sumit honorem, sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron.* Id quod etiam ad humani generis Redemptorem Christum sequentibus verbis accommodat: *Sic & Christus non semetipsum clarificauit, vt Pōtifex fieret, sed qui locutus*

est ad

ad eum, Filius meus es tu, ego hodie genui te. De ijs, qui ipsi per se, non vocati, neque missi, publicũ tradẽdæ cœlestis doctrinæ munus vsurpãt, dicitur. Ierem. 23. *Non mittebam prophetas, & ipsi currebant: non loquebar ad eos, & ipsi prophetabant.* Et à Christo Ioan. 10. *Qui non intrat per ostium in ouile ouiũ, sed ascendit aliundè, ille fur est & latro.*

Sed non est, quòd in hac re probanda tempus teramus, cùm ipse Lutherus prædicatores non vocatos passim fures, nebulones, subreptitios vocet, & hæc durissima aduersos eos spicula eiaculetur.

Sermone de Baptism. Christi. *Christus*, inquit, *Dei filius erat, omnia in sua potestate habebat: adhuc tamen nihil sibi sumebat, non concionabatur ante trigesimum annum, haudquaquam nostri, qui hac tempestate viuimus, similis, qui quàm primùm voculam aliquam venati fuerimus, ilicò venter intumescit, continere nos non quimus, quin erumpamus, immemores quòd Christus hic suo exemplo docuit, quòd prædicandi munus nemo nisi vocatus obire debeat. Ita temerè perrumpere, cum nemine ea de re communicare,*

nicare, seipsum ingerere & glorificare, nemini subijci, ipsissimus Diabolus est.

Sermone de festo S. Andreæ. *Quisquis*, inquit, *non vocatus docet, citra damnum tam suum, quàm auditorum nequaquam docet, quia Christo destitutus est.*

Eodem modo Tom. 5. Ienen. fol. 491. *Primùm*, inquit, *hac ratione optimè & facilimè deprehenduntur, cùm de vocatione sua interrogati, quis eos arrepere, aut venire, atque in Angulo concionari iusserit, neq; respondere possunt, nec mandatum vllum allegare. Atque ego dico profectò, huiusmodi subreptitios si nihil in se maculæ prætereà tenerent, meriq; sancti essent, hæc tamen vna ratio, quod iniussi & non vocati subrepserunt, Diaboli ipsos nuncios & Doctores efficaciter conuincere potest.*

Eodem Tomo, fol. 497. *Monitus sit Magistratus Ecclesiasticus, monitus Magistratus ciuilis, moniti sint omnes Christiani & subditi, vt sibi ab eis caueant, neque eos audiant: Scientes quotquot ipsos tulerint, aut audiuerint, eos ipsum Diabolum corporaliter audire, non secus ac si ex obsesso homine loqueretur.*

Ibidem fol.157. super Psal.82. adeò hanc vocationis necessitatem vrget, vt ne suos quidem, in loco Papistico, aut hæretico, clam, inscio aut inuito ordinario loci pastore docendi munus exercere velit. *Etiamsi*, inquit, *purum Euangelium docere vellent, meriqúe Angeli & Gabrieles è cælis essent.* Eodem modo & Comment. in 1. c. Galat. ait. *Si maximè quis etiam pio Zelo & bona intentione velit sana doctrina liberare seductos (irruendo in alienam messem quo non est vocatus) tamen exemplum malum oriretur.*

Denique Tom. 5. Ienens. fol. 444. pœnam huiusmodi nō vocatis prędicatoribus decernit, vt *carnifici*, quē *Magistrum Ioannem* vocant, *tradantur, vtpotè qui sine dubio seditionem, aut peiora in populo conentur excitare.*

Eandem vocationis legitimæ necessitatem fatetur Lutheri hostis acerrimus Caluinus l. 4 Instit. c. 3. sect. 10. *Ne*, inquit, *homines inquieti ac turbulenti temerè se vel ad docendum, vel ad regendum ingererent, nominatim cautum est, ne quis sine vocatione pu-*

blicum in Ecclesia munus sibi sumat. Et in antiquioribus Institutionibus editis Basileæ Anno 1536. *Aut sacerdotij sui auctorem Deum proferant aut honorem non esse à Deo fateantur, in quem non vocati improba temeritate irruperunt.*

Similiter Henricus Bullingerus l. 3. contra Anabaptistas c. 4. *Dicite,* inquit, *ex quibus scripturis didiceritis licere, quod vos facitis, qui alienas Ecclesias inuaditis, & nemine iubente & concedente, ex propria voluntate & libidine clam & dolosè docere incipitis.*

Astipulatur Theodorus Beza de cõfess. fidei c. 5. art. 28. *Indigni,* inquit, *sunt ministrorum nomine qui se falsò ministros vocãt, cũ à Domino non sint vocati: Certùm est huiusmodi homines, cùm non nisi à malo spiritu impellantur, etiamsi ad tempus simulent Pastorum vocem, tamẽ lupinum ingenium prodere.*

Sed quoniam non est id quidem dubium, quin veri Doctores legitima vocatione subnixi esse debeant, non est quòd in hac re probanda tẽpus teramus.

Illud nunc demonstremus, Luthe-

rum omni legitima vocatione destitutum, temerè, petulanter, & impiè docendi reformandique munus sibi vsurpasse. Quod certè difficile non erit.

Omnis enim vocatio, qua Deus Opt. Max. pacis & ordinis amator, Ecclesiæ suæ Christi sanguine in terris fũdatæ Doctores & Pastores prouidere solet, aut extraordinaria est, aut ordinaria. Extraordinaria fit immediatè à Deo, cum videlicet *sine hominum suffragijs, in extrema mũdi corruptela aliquos mittit, quorum opera tanquam violento pharmaco, reliquis locum non inuenientibus, hominum malitiam & religionis corruptelam corrigat*: Ita ex Nouatorum grege Benedictus Aretius Problem. 63. de Ministerio, hãc vocationis speciem describit, qui & hoc præsenti instituto vtilissimum addit: *Deum quotiescunque tales dederit, semper eos singularibus donis & testimonijs Spiritus sancti ornasse: & Prophetis quidem dedisse vim miraculorum aliquando: frequenter facultatem futura prædicendi: quibus Christus adiecerit in missione Apostolorum dona spiritus S.*

peri-

peritiam linguarum, sanationum, veram scripturæ interpretationem. Ordinaria vocatio fit per homines habentes à Deo ius & authoritatem, cum videlicet ab Apostolis, aut Apostolicis viris eorumvè successoribus consecrati Episcopi, alios deinceps ad mūdi finem eodem ordine muneribus Ecclesiasticis consecrant & destinant Pastores. Vtramque vocationē Lutherus admittit Tom.6.Germ. Ienens. fol.349. epist ad Laurentium Castuern, & Commāt. in 1. c. ad Galat. vbi hæc sunt eius verba: *Vocatio, quæ à Deo & bona est, bifariam fit, primū per media, deinde sine medijs. Nunc enim nostris temporibus Dominus Deus ad ministerium nos vocat per media, nimirum per homines: Apostoli autem immediatè ab ipso. Christo vocati sunt, quemadmodum Prophetæ in Veteri Testamento immediatè ab ipso Deo. Postea Apostoli discipulos suos vocarunt, quemadmodum S. Paulus Timotheum suum & Titum, qui porrò Episcopos vocarunt sicut ad Titum scribitur. Episcopi autem ita deinceps cōtinuè vsque ad nostra tempora suos successores vocarunt, eaqúe ratio ad finem*

ipunui

mundi manebit, & seruabitur. Atque hæc est vocatio mediata, quæ tamen nihilominus diuina vocatio est.

His ita positis & concessis, quæro ex vobis, Tremonienses Prædicantes, vtra vocatione primipilus vester Lutherus ad docendum & reformandum venerit?

Extraordinaria & immediata vocatione destitutum fuisse, ex his manifestè intelligi potest. Primùm, qui huius vocationis iure ad reformandam Ecclesiã accedunt, ij possunt ostendere, quo tempore, quo loco, & quomodò à Deo vocati sint, & quibus verbis, quid in mandatis acceperint. At nihil horum facere potest Lutherus, vt qui de sua vocatione dubius & perplexus, nunc in spiritũ charitatis, nunc in vexationem suorum æmulorum, nunc in auram popularem institutam à se Ecclesiæ instaurationem refert. Nam sermone de baptismo Christi in festo Epiphaniæ, *Si ego* inquit, *ostensione spiritus carerem, nunquam prædicãdi munus mihi sumerem Hæc autem mea est comprobatio,* NON QVOD PER VISIO-

NEM A DEO VOCATVS SIM VT PRAEDICEM, SED QVOD AD HOC PER ALIOS COGOR, *& propter alios me facere oportet. Atque ita ostensionem spiritus charitatis habeo.* In epist. ad Carolum V. & in Protestatione, *Inuitus*, inquit, *in publicum progressus* MEORVM AEMVLORVM VI, FRAVDIBVS ET INSIDIIS ADACTVS SCRIPSI QVICQVID SCRIPSI. In libello de Capt. Babylonica, *Nũc*, inquit, *prouocatus & excitatus, imò per vim raptus in hanc arenam dabo liberè, quod sentio*. In præfat. 1. partis operum, *Casu*, inquit, *non voluntate, nec studio in has turbas incidi, Deum ipsum testor: Fouebat me vtcunq; aura popularis.*

Deinde, qui doctrinam aliquam adfert, quàm à Diabolo immediatè accepit, quique ad Diabolum amicitiæ suæ terminos prorogauit, is nõ potest dici immediatè à Deo vocatus. At Lutherus in libello de Missa priuata fatetur, se nocturno tempore à Satana conuentum, argumenta quinque contra sacrificium Missæ & ordinationem sacerdotum cum eo dispu-

disputantē addidicisse. Alibi scribit se *probè Diabolum nosse, imò optimè: eundemq; in cubiculo secum inambulare: ac duos se præcipuè Ludicros habere operum suorum inspectores, quos credat non vulgares sed magnos Diabolos esse. Imò Doctores Theologiæ in isto collegio: à quibus etiam per otium argumenta Sacramētariorum, & grauiora quidem audiuerit, sed verbo Dei vicerit*. Talia multa de se horrenda confitetur Tom. 5. f. 485. in Colloq. mensal. fol. 247. 259. Quæ ergo existimatio istius hominis esse potest, tam Sacrilegæ & abominādæ conuersationis? Diabolus *homicida est & mendax ab initio*. Itaque velint, nolint, fateri debent Lutherani præceptorem suum non à Deo, sed á Diabolo immediatè vocatum, armisq; ad oppugnandam sacrosanctam Catholicam fidem, instructum esse.

Tom. 2. ienen. f. 77. In Colloq. mēsal. f 275. Ioan 8.

Præterea, qui extraordinariam vocationem prætendunt, cuius iure Ecclesiæ gubernacula suscipiant, hoc est, qui immediatè à Deo docendi sibi traditam esse potestatem credere nos volunt, & tanquam è cœlo

dela-

delapsos ad Ecclesiam in libertatem vindicandam, Prophetis & Apostolis pares, nihil facere se, nihil loqui, nisi diuini spiritus afflatu & impulsu, debent, inquam, ij vocationem suam tam excellentem, signis & miraculis, dubitantibus, & negantibus probare. Nam ipse Lutherus hoc necessarium esse summoperè contendit Tom. 2. Ienēs. fol. 455. 456. Admonitione ad Senatum Mulhusinum. *Senatus*, inquit, *prædicatorem illum haud vocatum sistat coram se, & si fieri potest coram tota concione, eumq́; interroget, quis ipsum ad prædicandū miserit aut vocauerit? neque enim Senatus fecit. Si igitur dicat, Deum eiusq́; spiritum ad modum Apostolorum se misisse, facite confirmet hoc signis & miraculis, aut illi prædicatione interdicite.* QVANDO ENIM

N. B. DEVS ORDINARIVM MODVM VVLT MVTARE, SEMPER ADIVNGIT MIRACVLA. Eodem modo Tom. 5. Ienēs. fol. 491. auditores instruit, vt hæc quærant ex subreptitijs Doctoribus: *Vnde venis? quis te misit? quis mandatum tibi dedit prædicandi? vbi habes sigilla & literas,*

quòd

quòd ab hominibus missus sis? vbi miracula tua, quòd à Deo sis ablegatus? Similiter Lutheri Achates Philippus in c.3. Matth. *Nunquam*, inquit, *in magnis tenebris Deus nouos vocat Doctores, quin semper eis addat testimonium miraculorum, vt certò sciamus à DEO esse missos.*

Confirmant hoc exempla eorum, quos sacræ literæ à Deo extraordinariè seu immediatè missos testantur. Moyses cùm extraordinariè à Deo mitteretur, vt populo dux esset in terrā Patribus promissā, ne de eius fide dubiū vllū esset, virtute miraculorū instructus, primū virgā in serpentē, serpētē in virgā mutare; deinde manum sanā, leprosam; leprosā, sanam efficere; deniq;, aquā de flumine haustā, & in terrā proiectā in sāguinē vertere doctus est. Missus à Deo Elias: sed Missionē testatus est ignis de cœlo delapsus, & in populi hostiūq; cōspectu sacrificiū absumēs. Missi Esaias, Daniel, Zacharias & reliqui Prophetæ: sed fidē suæ authoritatis populo faciebāt miraculis, quæ vel in ipsorū Cōmentarijs enumerantur, vel à multis antiquis patribus & hi-

Exod. 4.

3. Reg 18

ſtoricis fide digniſſimis memoriæ prodita ſunt, Neque enim quiſquam ita pertinax & contentioſus eſſe debet, vt idcirco miracula à Prophetis facta neget, quia ſingulatim in ipſorum Prophetarum libris non recenſentur. Nam cum plerique Prophetę vix breuiſſimos ſuarum concionum reliquerint cōmentarios, non erat neceſſe, imò nec vtile aut decorum, vt longas de ſuis miraculis narrationes contexerent, qui commendatam ſibi diuinitus populi inſtituendi legationem, paucis verſibus abſoluerunt. Miſſi Apoſtoli: ſed voluit Dominus, vt eandem Miſſionem vbiuis gentium ipſi miraculis aſtruerent, & prodigijs confirmarent. *Euntes*, inquit, *prædicate, dicentes: appropinquauit regnum cælorum, infirmos curate, mortuos ſuſcitate, leproſos mundate, dæmones eijcite*. Quo illi tam euidenti teſtimonio inſtructi, alacriter *profecti prædicauerunt, vbique Domino cooperante, & ſermonem cōfirmante ſequentibus ſignis*. Miſſus poſt omnes gentium doctor Paulus: ſed ſignis omnem naturam ſuperantibus, diuinam ſuam

Luc. 10.

Marc. vlt.

Voca-

Vocationem Missionemque probauit. Nam ad Corinthios gloriatur, *Apostolatus sui signa super eos facta esse in signis, & prodigijs, & virtutibus.* Et ad Romanos scribit, quæ *Christus per eũ effecit in obedientiam gentium, verbo & factis, in virtute signorum & prodigiorũ, in virtute spiritus sancti.* Denique ipse Dominus & Redemptor noster Iesus Christus à patre missus est: sed fidem sibi inter Iudæos quæsiuit, editis miraculis atque prodigijs, quibus etiam ipsius aduersarij victi profiteri coacti sunt, iam se scire, quòd à Deo Magister venisset.

Rom. 1.

Ioan. 3.

Hanc semper Deus legem seruauit, vt si quos ipse per se, siue immediatè ad docendum mitteret, miraculis & signis eorum Missionem cõfirmaret. Neque dubium est, quin id iustissimis de causis fecerit. Primum enim hoc modo Missis authoritas conciliabatur, quando ad ipsorum votum maxima portenta & prodigia fierent. Deinde constabat populo fideli de Missorũ potestate, quòd non ipsi se vltro ingessissent, quodq; Dei, non suas partes agerent. Adde,

quòd inquietorum & turbulentorum Magiſtrorum ſic poterat com primi audacia, qui vbiuis diuinam iactaſſent Miſſionem, ſi non hac lege eam aſtruere coacti fuiſſent.

Quod ſi igitur Lutherus veſter, Tremonieſes Prædicãtes, à Deo pſo miſſus eſt, tanquã Eccleſiæ collapſæ reſtaurator, publicęq; ſalutis ac veritatis vindex: dicite nobis, ſigilla, quas literas illius extraordinarię planeque diuinæ miſſionis exhibuerit, quæ, inquã, fecerit miracula, quibus tanti muneris dignitatem ſibi competere probaret. Auſus quidem ipſe fuit miraculorum gloriam affectare; ſed fruſtraneo conatu, infœlici ſucceſſu, & turpiſſima iactura. VVilhelmum Neſenum Poëtam ac Pædotribam Franckofurtẽſem, poſteà VVittenbergenſem in Albi ſubmerſum, vanis immurmurationibus ad vitam reuocare conatus eſt. Anno 1545. Dæmoniacam quandam puellam, è Miſniæ ditione VVittenbergam ad ſe adductam, in Parochialis Eccleſiæ VVittenbergenſis Sacrario, Exorciſmis & adiu-

Cochlę. in actis Lutheri An. 1523. fig. 76

rationibus à malo dæmone liberare conatus eſt, ſuo tamen more, non eo, qui eſt apud Catholicos receptus & vſitatus. Sed cum diu multumque adiuraſſet dæmonem, cedere ille noluit, & fores Sacrarij vſque adeò obſtruxit, vt neque forinſecus, neque intrinſecus aperiri poſſent. Quæ res Lutherum in tantas anguſtias adduxit, vt ſurſum deorſumque curſitaret, atq; inſtar ouis parturientis huc illucque ſeſe inuerteret, donec tandem per cancellos ferreos ab ædituo porrecta ſecuri, fores effringeret. Fridericus Staphylus, qui deſerto poſtea Lutheraniſmo, magnus Catholicæ & veteris religionis propugnator factus, hanc hiſtoriam, quæ doctrinæ Lutheri vanitatem euidenter teſtatur, bona & integra fide deſcripſit in *abſoluta Reſponſione contra Iacobum Schmidelinum pag 404.*

At enim, dicetis, an nõ ingẽs miraculum eſt, quòd vnus Lutherus ſolo verbo, ſine vllo armorum ſtrepitu, contra omnem humanam potentiam & reſiſtentiam religionis Chriſtianæ doctrinam inſtaurauit, eam-

que ab omnibus erroribus depurgatam, totius propè Germaniæ nationis applausu restituit? O pueriles nugas. Scilicet Miraculum est, quòd vnus Apostata Monachus, incesto Deo sacratæ virginis concubitu toties pollutus, tot ante mille annos damnatarum hæreseon instaurator, homo impudentissimus, audacissimus, maledicentissimus, nulli hominum ordini parcens, seipsum tot cōtradictionibus implicans (vt scripta eius euidenter notificant) tantam sibi apud cæcos quosdam & miseros mortales existimationē conciliauit, vt deserta Sacrosancta Catholica fide, ad illius stultissimā & impijssimā transirent disciplinā, quæ ardua salutis via destructa, mollem lenemque ad cœlos viam crudis & ad carnis cupiditates pronis hominibus sternit, solius fidei ministerio, sine omni laboriosorum operum cōcursu, sine ieiunijs, sine vigilijs, sine lachrymis, sine abstinentia, castimonia, sine vlla carnis maceratione. Nō est, ô boni viri, quòd hinc impostori vestro Luthero corollam nectatis,

aut miraculi gloriā vendicetis, quā do ipse alicubi verè testatus est; *id prærogatiuæ Diabolum habere, vt nullam doctrinam, nullum somnium tam ineptū, futile aut blasphemum excitare possit, quin eius continuò reperiat discipulos, & quanto ineptius, tanto citiùs.* Testatur hoc omnium seculorum experientia. Proferte enim vel vnum hæreticorum falsissima, monstrosissima, impijssima, atque ab omni humano diuinoque sensu alienissima quæque dogmata voce, aut literis diuulgantem, qui non statim magnam sectatorum copiam inuenerit, quibus suā execrabilē doctrinā orthodoxæ fidei specioso nomine, atque aliquot scripturæ sententiolis fucatā, pro meris certissimisque oraculis vendiderit. Nunquid, vt alios complures taceā (*Simonem Magum*, hæreticorum Patriarcham, qui stolidissimè se summam virtutem, id est Deum asserebat: *Ophitas*, qui serpentem Christo præferebant: *Cerdonem*, *Marcionem*, qui statuebant duo prima rerum effectiua principia, Prophetas & legē repudiabant, Deo creatori renun-

Luth. lib. quod verba adhuc firmiter stēt contra Sue[...]

propè cunctis latini sermonis Episcopis, partim vi, partim fraude deceptis, caligo quædam mentibus offunderetur, quid iã potissimum in tanta rerum confusione sequendum foret?

Quid multis? Si prædicationis effectus, si sectatorum copia miraculi instar est, adeoque extraordinariam & diuinam Missionem certò confirmat, an non duo impurissimi nebulones, *Sergius & Mahumetes*, à quibus olim initiũ sumpsit Turcica illa rabies, quæ nunc per tot terras & maria se diffundens, maximam ac pulcherrimam totius mundi partem occupauit, hac ratione ministerium velut diuinum & sacrosanctum tueri poterunt? Hi enim duo suæ ætatis breui curriculo longè plures nationes, multò plura amplissima regna suo Alcorano, quàm vester Lutherus tot discipulorum grege adiutus, immò omnes omnino huius æui Nouatores Zuuinglius, Caluinus, OEcolampadius, Rotmannus, Menno, &c. exiguas prouincias suo Euãgelio imbuerunt. Illi enim duo, vt testantur Melanchthon & Illyricus, Melãcht Cronic. l. 3. à pag 311. ad 317

mo ſit, nemo fuerit, nemo futurus ſit, neq; verò eſſe poſſit hæreſiarcha, qui non eadem ratione miraculorũ, gloriam ſibi vendicare queat, cum verum ſit, quod Apoſtolus ait: *Sermo hæreticorum ſerpit vt cancer.* 1.Tim.2.

Non minùs vana & friuola eſt ipſiuſmet Lutheri exceptio, qua Catholicos miracula extraordinariæ, quam prætendebat, vocationis inſignia poſcentes, eludere conatus eſt. Exponens enim illud Eſaiæ: *Tunc aperiētur oculi cæcorum,* &c. *Hæc,* inquit, *mirabilia facta ſunt, Matth.11 & Marc. 16. Quia enim nouum verbum afferebāt Apoſtoli, neceſſaria fuit hæc miraculorum gloria: quæ noſtro tempore corporaliter amplius non fiunt, quia Chriſtus ad finem mundi infirmus eſt.* Et mox ſubijcit: *Belli quidam homines nos rident, & obijciunt, ne claudum quidem equum à Lutheranis ſanatum, noſq́; prorſus hoc miraculorum dono deſtitutos. Sed ſcriptum eſt, impius non videbit gloriam Dei. Nam & hodie cæci recipiunt viſum, cùm reducantur ad cognitionem Chriſti: ſurdi audiũt Euangelium, claudi qui ſedebant in ſuis* Luther. cõ.4. in c.35. Eſaiæ.

ſuper-

superstitionibus, & idololatria, erecta fide exiliunt & iucundè ambulant. Quos non mouent ista miracula, illi ne quidem Christo corporaliter exercenti miracula crederēt. Nihilo enim minora sunt, quàm excitare mortuos, aut reddere visum cæcis. Sic Lutherus, miracula quidem efficiendi vim sibi iure Apostolico vendicans, non tamen miracula corporalia, quæ Christus & Apostoli fecerunt, sed spiritualia miracula corporalibus illis Christi & Apostolorum miraculis nihilo inferiora, videlicet, quod sua prædicatione cæcis visum, surdis auditum claudis incessum, hoc est, idololatris & veræ fidei ignaris veram religionem & fidem restituat.

At vide, Luthere, quàm vieta & veternosa sit hæc tua defensio. Nam præterquam quòd cuiuis hæreticorū generi hæ tuæ voces sunt communes, (Quis enim hæresiarcha hunc spiritualem visum, auditum, incessū, fidem nempe ac religionem puram, suis sectatoribus à se tribui non gloriatur) etiam pugnantia loqueris,

&ex

& ex eodem ore calidum efflas & frigidum, vna parte sententiæ alteram euidentissimè refutans. Si enim spiritualiter *cæcos, surdos & claudos ad rectam fidem* instaurare, non minora sunt miracula, quã *excitare mortuos, illuminare cæcos*; quid ergo tetram illam vomis blasphemiam, *Christum in fine mundi infirmũ esse?* cũ & Scripturæ prędicẽt, *Iesũ Christũ, heri & hodie, eundẽ in secula*, nulli mutationi, nulli vicissitudini obnoxiũ, & si Deus sit, liber est ab omni vel tenuissima infirmitatis nota; & tu ipse vbi hæc posteriora miracula à te Christi ope facta, prioribus à Christo ipso perpetratis exæquas, omnem talis infirmitatis suspicionem remoues. Quod si ij qui spiritualibus istis miraculis non permouentur, corporalia quoq; aspernabuntur, nunquam Christus & Apostoli qui spiritualibus abundabant, corporalia adiecissent. Et quis ignorat plurimis Euangeliorũ & veterum Ecclesię historiarum capitibus hoc tuum nefarium mendacium damnari, in quibus innumeros ad fidem externis miraculis conuer

sos nar

ſos narratur, quos ſola prædicatio miraculorum expers non potuit allicere? Teſtantur hoc vel tui germani diſcipuli *Centuriatores Magdeburgenſes*, qui in ſingulis centurijs cap. 13. memorabilia ſingulorū ſeculorū miracula annotāt, quibus noſtra Catholica religio cōfirmata, & per latiſſimas prouincias propagata eſt.

Quid multa? *Neceſſaria*, ais Luthere, *fuit Apoſtolis hæc miraculorū corporalium gloria, quia verbum nouū afferebant.* An potuiſti apertiùs ipſe tibi cōtradicere? An non tuū verbū quod in mundū intuliſti, cū Euangelium inchoares, mūdo lōgè magis fuit nouū & incredibile, quā fuit verbum Apoſtolorū? Nā in Moyſis & Prophetarū libris, & fide Iudæorū tanquam in radice & ſeminib9, occultè deliteſcebat fides Apoſtolorū. Vnde eaſdē omnino cum Iudæis ſcripturas plenè & integrè recipiebāt. At fides quā tu plātaſti, in fide Catholica & Romana, quæ antea per mundum inueterauerat, nullo modo continetur; ſed potiùs vna alteram non aliter quàm frigus calorem, & aqua ignem

corrum-

corrumpit & destruit. Si ergo Apostolis præter *miracula spiritualia, necessaria fuit & corporaliũ miraculorũ gloria*; profectò tibi eadẽ gloria est multò magis necessaria, neque hanc necessitatẽ vlla ratione effugere potes, si veri Apostoli nomẽ & authoritatẽ desideras, si vocatio nõ minùs est quã Apostolorũ extraordinaria. Neq; enim verbũ tuũ Apostolorum verbo est certi⁹ & euidẽtius, neq; persona tua Christi & Apostolorũ personis apud Deũ est gratiosior; neq; vlla specialis prærogatiua te à cõmuni Prophetarũ, Apostolorũ, & ipsius Christi Iesu lege excipit, ideoque in quã illos, in eandẽ quoq; necessitatẽ edẽdi miracula te conijcis. Deniq; quibus laqueis, *Carolstadiũ, Anabaptistas, Caluinũ, Zuingliũ*, aliosque nouos subreptitios Doctores, minus à te, quam tu à Catholicis dissentientes irretire conatus es, in eosdem te ipsum quoque induisti, è quibus sine miraculi subsidio nunquam vel te, vel illos poteris expedire. Sic enim (vt alia loca superius allegata nunc non attingam) *ad Senatum*

Mul

Mulhusinum contra Muncerum Anabaptistarum ministrum ſcribis: *Senatum illũ rectè facturum, ſi ex Muncero rogẽt, quis docendi munus illi commiſerit. Et ſi Deum nominet authorem, tum iubeant hanc ſuam vocationem aliquo euidenti ſigno comprobare, quod ſi repræſentare non poſsit, vt tum repudietur. Hoc enim eſſe Deo proprium atque familiare, quoties formulam conſuetam & rationem ordinariam velit immutari, vt tum voluntatem ſuam ſemper aliquo ſigno declaret.* Hoc Luthere tibi tuisque dictum existima. ratio enim poſtulat, vt quã alijs legem tuliſti, eidem ipſe ſubijciaris. Mutaſti in Eccleſia formam docendi conſuetam, & rationem ordinariam; immò Eccleſiam ab Eccleſia Chriſtianorum, quæ ante tuam nefariam oppugnationem in quacunque terrarum ora degebat, prorſus aliam & quàm maximè cõtrariam erexiſti. Eccleſiaſticã enim Politiam planè nouam inſtituiſti, exterminato ſacerdotio & auguſtiſſimo Miſſæ ſacrificio. Ex ſeptem Sacramentis alia abſtuliſti, alia impijs opinionum tuarum commentis a-

ſper-

ſperſiſti. De iuſtificatione, libero arbitrio, mercede bonorum operum; de Chriſti humanitate, officijs; deq; alijs ſexcentis religionis noſtræ Myſterijs nouas & prius inauditas opiniones ſparſiſti; multis ſcripturarũ libris Canonicam authoritatem negaſti. Quo authore? Deo, inquis. Proba itaque ſigno euidenti vocationẽ tuam. At non probaſti, nec vnquam probare potuiſti, vt vel maximè tentaueris. Repudiandus es ergo, qui terminos à Deo poſitos tranſgrederis, & cathedram Eccleſiaſticam tanquã diuinitus tibi traditam inuadis, quã Deus ſine manifeſto voluntatis ſuæ per ſigna & miracula indicio nemini aliquando commiſit.

Satis, vobis Tremonieẽſes Prædicãtes, oſtendimus Extraordinariam vocationem Luthero primipilo veſtro nulla ratione competere. Nunc de Ordinaria quoq; videamus, vtrũ huius iure & authoritate ad Antichriſti, vt veſtri dicunt, fraudes retegendas, & collapſæ Eccleſiæ diſciplinam inſtaurandam venerit, vt honos miniſterio ipſius conſtet, neque

lioquin ſcripſiſſes, *Ordinationem Papiſticam* (præter quam certè tuo æuo nulla erat) *merum eſſe mēdacium & irriſionem Dei?* item, *per ordines Papiſticos nō fieri ſacerdotes Chriſti, ſed Satanæ. Itaq; conſcientiā fidei nos admonere, vt ſub pœna maledictionis diuinæ ordinationem Papiſticam fugiamus. Neque huiuſmodi hominem à Papa ordinatum, & nomen characteremq; beſtiæ afferentem, ad concionandi munus recipiendum eſſe.* Cur ſcripſiſſes, *Paſtorem Lutheranum ad differentiam Miſſæ angularis, & vocationis Lutheranæ, vnctos digitos lixiuio, ſale, & ſmigmate atterere, Antichriſtiq; charactere eluere debere?* Cur deniq; ſcripſiſſes, *Nullum in orbe Epiſcopum vel Eccleſiaſticum eſſe, qui concionatorem conſecrare poſſit:* Quamobrē, vel te ipſo iudice, cōſtat nullius Epiſcopi authoritate vocationem tuam & miſſionem ſubnixam eſſe, atque adeò te ordinaria quoque vocatione deſtitutum, ex te ipſo temerè cucurriſſe.

Tom. 6 German. Ieneſ. in l. de miſſa angulari, 94.

Tom. 2. Germ. Ieneнſ. f. 233.

Sed hoc præſidio deiectus, fortaſſe confugies ad nouos vocationis ordinariæ modos, quos ijs quæ ex Cō-

mentario tuo in c.1.ad Galat.paulò ante retulimus,è diametro repugnātes hæretici spiritus vertigine circumactus, cōfinxisti *libr. de instituēdis ministris Ecclesiæ*, vbi cōtendis ministros Ecclesiæ posse etiā vocari & institui, vel à Magistratu Politico, vel ab Ecclesia, id est, à populo, vel denique ab Academia per Doctoratus Theologici collationem. Verum & hos modos falsò & frustra commentus es homo vanissimè.

Nam quòd ad Magistratum Politicum attinet, nullum regendæ Ecclesiæ aut instituendorum Ministrorum penes eum ius esse ipsemet fateris, cum alibi, tum *libr. de Magistratu Ciuili*, vbi sic scribis, *Non est Regum aut Principum, etiam veram doctrinam confirmare, sed ei subijci & seruire.* Et *Epist ad Capitulum VVittemberg. Caussantur*, ais, *Canonici se ex mandato Principis impietatem istam* (Papisticorum scilicet abusuum) *exercere. Sed quid ad eos in hoc casu mandatum Principis? Princeps est politicus Magistratus, cuius est gladium, non ministerium curare.* Et rectè quidē ista, Luthere. Nō enim

Tom. 1 Lat fol 259.

Prin-

Principibus aut Imperatoribus præfectura Ecclesię, aut vocatio & institutio Pastorũ seu ministrorũ demãdata est. (quemadmodum insaniunt *Anglocaluinistæ, Heluetica Ecclesiæ, Brẽtius in Prolegomenis, Musculus in locis communibus*) cum ex sacris literis perspicuum sit, hanc curam à Christo non *Augusto*, vel *Tiberio* Impp., sed Apostolis eorumque successoribus cõcreditam esse. Nam Petro dixit: *Tibi dabo claues regni cælorum*. Et, *Simon Ioannis, pasce oues meas*. Similiter Paulus dixit suo Tito *Huius rei gratia reliqui te Cretæ, vt ea quæ desunt, corrigas. & constituas per ciuitates Presbyteros, sicut & ego disposui tibi.*

Vide Stapletõ in Princip. dict. fide Cõtrou. 2. q. 4. a 3.

Matt. 16 Ioan. 21

Iam verò, quod neque Ecclesia, hoc est, populus *VVittemberg*. legitimam docendi & reformandi authoritatem tibi contulerit, aut saltem conferre potuerit (etsi ipse hoc nomine non semel glorieris) non est probatu difficilè. Primùm quidem, quia tua ipsius Acta perspicuè testantur nefariam Catholicæ & Romanæ Ecclesiæ oppugnationem, quam ab insectatione Indulgentiarum auspi-

Vide Cochl in actis Lu An 17.

catus es, non iussu alicuius, aut officij commissi ratione, sed inconsulta temeritate, leuitate, ambitione atque odio aduersus *Dominicanorum* familiam à te susceptam esse. Deinde si vel maximè tale quid *VVittēbergensis* plebs ausa fuisset, quod ius, quæ lex, quæ ratio istam belluam multorum capitum in hanc messem intrudere potuit? Sanè inauditum est, authoritatem mittendi seu vocandi Ecclesię Ministros populo competere. Est hæc iurisdictio non Auditorum, sed Pastorum, *quos constituit Dominus regere Ecclesiam suam*: quibus & *claues dedit regni cœlorum*: & facultatem *constituendorum Presbyterorum*. Neque quicquam, tuam, Luthere, causam iuuare potest Electio, in qua aliquid aliquando populus potuit, primùm quidem testimonium eligendis dādo, post votum faciendo, & tandem suffragium ferendo. Nam vt hic mos paulatim in Ecclesiam ex cōniūctia vel cōcessione Ecclesiastici Magistratus ad alliciendū & demulcendū populū irrepsit; ita postea multarū seditionū veluti seminariū meritò anti-

Act. 20. Ioan. 21. Tit. 1.

Vide Stapletonū loco cit. & Bellar. Tō. 1. l. 1 de Clericis cap 7.

quatus est, cũ ab initio nõ fuisset sic. Neq; enim Aarõ populi suffragio electus fuit Põt. Max. sed à solo Moyse. Neque Apostoli in consilium adhibuerũt plebem, quotiescunque Episcopos & presbyteros elegerũ; sed sua authoritate & arbitrio singula moderati sunt. Vnde decreuit *Concilium Nicænum* 2. Can. 3 *Omnem electionẽ, quæ fit à Magistratibus, Episcopi, vel Presbyteri, vel Diaconi irritã manere*

Aug. epist 110 & 225.

Postremò, non est, Luthere, quòd his omnibus tanquam vanis præsidijs deiectus, spem vllam vocationis legitimæ reponas in tuo Theologiæ *Doctoratu*. Tu quidem sæpè de eo magnifica quæque prædicas, eius virtutem & facultatem ostentas, in eo omne vocationis & ministerij tui præsidium ponis, præsertim *Tom. 2. VVittenberg. fol. 246. lib. aduersus angulares prædicantes*, vbi dicis. *omnibus omnino, quæ in mundo habentur amplissima, tuum tibi Doctoratum longè chariorem esse, vtpotè quo vno solus totum Euangelij põdus ac dignitatem sustineas.* Eodem modo *in Colloq. mensalib. cap de Ministris, cap. de Antichristo, cap. de*

Diabolis, vno Doctoratu te contra eos, qui à te defecissent, nouos hæreticos, contra molestissimos & acerbissimos conscientiæ morsus, cõtra omnes denique inferorum copias victoriam obtinuisse gloriaris. *Sed* vana & falsa sunt ista Doctoratus tui encomia; ineptè inquam & stolidè contendis, Doctoratum esse certam legitimæ vocationis notam, esse Episcopatus insigne, conferre ius inuehendi noua dogmata, omniaq; prisca Ecclesiæ instituta conuellendi & labefactandi. Primùm quidem, quia Theologiæ Doctoratus, sicut & reliqui Academici honores, aliud nihil est, quàm publicum quoddam & insigne doctrinæ, quam quis consecutus sit, testimonium, ac proinde est è multis vna quædam ad Ecclesiasticas functiones & dignitates dispositio. Quemadmodum igitur is qui ad Iudicis, Consiliarij, Cancellarij, Principis aut Imperatoris munus obeundum satis idoneus iudicatur, non eò statim Iudex, Consiliarius, Cancellarius, Princeps aut Imperator est: ita qui Theologici Senatus

Vide R. D. Nicolaū Serariū societatis Iesu Theol. eximium 3. Oratione Lutheroturcica, de hoc argumento copiosè differentem.

decreto

decreto Doctor renunciatur, eoque ipso ad Episcopi, Pastoris, aut Ecclesiastæ munus gerendum peritus aptusque iudicatur, non eò statim Episcopus, Pastor, aut Ecclesiastes est. Neque enim ad huiusmodi publica munia requiritur sola cognitio; neq; materiæ ad formam præparatio, ipsamet forma est. Deinde, etsi summi Reip. Christianæ moderatores multa & magna concesserint Doctorib' Priuilegia, multas & prænobiles prerogatiuas, in iisque omnibus primas semper & vbique Theologi obtinerant: in nullo tamen Pontificiarũ aut ciuiliũ legũ volumine legimus: eos quibus Theologiæ Doctoratus tribuitur, simul etiam sacris operandi, peccata soluendi aut ligandi, oues dominicas regendi potestatem accipere. Quamobrem falleris, ô Luthere, quòd quia Doctores, Germanum te religionum Antistitem, Ecclesiarum Ecclesiasten opinaris. Quod si his rationibus nondum acquiescis, sed Doctoratus Encomio missioni tuæ fidem astruere impudenter pergis, dic obsecro, cur *Andrea Carolsta*

Vide B logn. s per au then l bita C ne fili pro pa Pet. Le naderu l. de D ctoribu

ſtadij authoritatem nullam eſſe voluiſti? Cur eum improbè & ſacrilegè ſacra tractare ſcripſiſti? cur reb⁹ omnibus & fortunis exutum è tota *Saxonia* proſcripſiſti, eieciſti, exterminaſti. An Theologię Doctor nō fuit? At te ipſum *VVittenbergæ Anno 1512* Doctoratu inſignierat. An verò Doctor quidem fuit, ſed errauit, ſed falſa, monſtroſa, noua, inaudita docuit? At tua iam ipſius vincta cędis: idq́ue tandem fateris, fruſtra te ad Doctoralem lauream refugere, in eaq́; vocationis tuæ præſidium ponere.

Cochleus lib. de actis Luther.

Ex his quæ tam prolixè diſputauimus, perſpicuum eſt, Tremonienſes Miniſtri, Lutherum veſtrum primipilum omni legitima vocatione tam diuina, quam humana, tam extraordinaria, quā ordinaria deſtitutum Catholicæ religioni bellum indixiſſe, ſuaque noua & inaudita dogmata per Germaniam diſſeminaſſe. Quid reſtat? niſi vt concludam eum non verbi diuini miniſtrum, non vindicem Eccleſiæ, non Euangelij aſſertorem, non Eliam aut Enochū, ſed Pſeudoprophetam, Pſeudoapo-

ſtolum

ſtolum, Pſeudoeuangeliſtam, impoſtorem, ſeductorem & hæreticum eſſe, adeoque doctrinam ipſius non à Deo, ſed ab omnium hæreticorum, ſchiſmaticorum & Apoſtatarum parēte originem ſuam ducere. Quid reſtat? niſi vt concludam vos ipſos, & omnes omnino Lutheranæ doctrinæ Doctores, Prædicantes, Miniſtros omni legitima vocatione deſtitutos, temerario auſu, docēdi munus vſurpare, ſimpliciq; turbæ, cuius ora veſtris officijs oblinitis, non in cœlū, ſed in perpetuū exitiū viā præire. Neutra .n. Vocatione niti poteſtis. Nō Extraordinaria. Hanc enim ipſimet in Eccleſijs iam conſtitutis locum non habere, atque adeò vni Luthero, qui facem vobis prætulit, competere exiſtimatis; ego autem nullo modo ei competere abundè oſtendi. Neque ordinaria, cum neq; Eccleſiaſticus noſter Magiſtratus vos ad Lutheri Euangelium prædicandum vocarit & deputarit, neque Magiſtratus Ciuilis, neque populus, neq; Academia per Theologici Doctoratus collationem vobis ius

præ-

prædicandi Euangelij, & ministrandi Sacramēta largiri possit, perspicuè colligitur ex ijs rationibus, quibus probauimus Lutherum ordinaria vocatione ministerij sui authoritatem tueri non posse. Hinc iam existimate, quātum sit peccatum vestrum, quanta temeritas, qui spreta Catholica & auita maiorū religione, Luthero impostori & falsario, prorsus contraria docenti, euidenter mentienti, veritatem tantùm verbo pollicenti, omni legitimæ vocationis authoritate destituto, creditis, eiusque doctrinam totius orbis Christiani, omniumque seculorum consensui aduersissimam, quantum in vobis est, propagare & defendere pergitis, non sine sempiterno v[illegible]ræ, & simpliciorum auditorum, saluti dispēdio, nisi maturè resipiscatis, & ad Ecclesiam relictis Idumæorum, hoc est Lutheranorum castris, redeatis.

PARAENETICA AD PRAEDICANTES TREMONIENSES

Conclusio.



Ttsi multa, ad superiores Catholicorum causas pertinentia, breuitatis causa omiserim: tamē, in Tractatum, opinione maiorē, excreuit oratio; quod vobis, Domini, Prædicantes, nullam molestiæ occasionem dabit, cùm hæc omnia animarum vestrarum salutem concernant, in quam solam, testem inuoco Deum, nullo Catholicorum vestrorum, voce, aut scripto sollicitante, collimē, vt si qua in vobis pietas, si honestas, si eruditio, si veritatis salutisque studium, vel meo monitu à miserabili errore desistatis, & turpissima hæresi relicta, vos ipsos & innocentes simplicesque ciues Tremoniēses, nutus vestros non aliter ac *tripodis oracula* venerantes, Catholicæ matri reddatis, Sanctæ inquam Romanæ Ecclesiæ, *cui si quis maximè Principatū*

Ecclesiarum matrices, ad præsentem hunc annum deriuatum?

Discutite, quæso, & examinate, An ne, tam impudicæ, fœdæ, & scurriles criminationes, & tam dentatæ vestrorum Euangelicorum mutuæ calũniæ, causa secunda, tertia, & sexta, ex vestrorũ Reformatorum libris aurea ac sãcta fide recitatæ, sint illustratũ Euãgelica luce, Dei verbũ: Sint Vatũ, & Prophetarũ oracula. An ex tãto dissidio, & mutuo excõmunicationũ odio, vllius piæ, ac zelosæ reformationis, Euangelij, ac Spiritus Sancti suauitas expectanda veniat?

Equidem quòd pars vestra Lutheranica, in tam varias sectas, & cõtraria Schismata, est diuisa, argumẽtum est infallibile, vos, in hæresi, & errore versari. Præclarè Epiphanius, videns Arianos in tres stationes, ac turmas diuisos; *Omnium*, inquit, *hæresum, id virus proprium est, primùm, vt inter se discordes, in varia schismata diuulsæ, atque dilaceratæ sint, deinde, vt mutuo odio, atq; bello se tandẽ cõsumant.* D. Augustinus, similiter, vt Donatistas, eodẽ modo hostiliter diuisos, ad

gremium

gremium, & vnitatem Catholicæ, quam deseruerant, Ecclesiæ reduceret, simili argumento, à discordia, ac diuisione sumpto, vtitur Lib. primo de Baptismo contra Donatistas. Et Nicephorus lib. 22. cap. 36.

Hinc denuò, vos rogo, ne in salutis vestræ perniciem, obicem veritati obijciatis, neve pertinacem, illaudibilem, ac perniciosam, sententiæ per errorem conceptæ, tot argumẽtis moniti, defensionem, contra conscientiam suscipiatis. Non vos illiteratæ plebis metus, non alicuius inconstantiæ probrum, non pudor deterreat. Lamentatur & conqueritur D. Augustinus, *multorum mentes, ita obnubilasse defendendæ suæ sententiæ peruicaciam, vt partim animi elatio partim pudor, & seditiosæ imperitæq; plebis metus, non permiserit agnoscere, & emẽdare errores, ne apud populum, & auditores suos, quos longo tempore seduxerant, præuaricatores ac deceptores seipsos constituerent.* Qua de re Augustinus lib. de Peccatorũ mentis, & concupiscentia, cap. 36. li. 2. de Baptismo cõtra Donatistas c. 11. Et Epistola 48.

Impe-

Impedit errantem pudor, cuius mentem, ratio veritatis frequenter superat. Talem autem pudorem, gignit animus, odio ac liuore in Catholicos, ob certas quasdam priuatas affectiones, præuentus, qui ea propter contentionum rixis capitur. Contentio autem, asserente Philone lib. 2. *Mater est iracundia*; & ideo cõtentiosiores quique in disputationibus, cæterisque colloquijs, ad iram mouentur. Ira autem mentem occupans, non sinit cernere verum, neque errorem reprehendi, vel corrigi, sed tales, maiore odio, in se conuincentes, inflammantur. Denique, honoris, & victoriæ cupiditas, mentem excæcat, vt, si quod verum est & Catholicum, Nouatores cernere, & apprehendere nequeãt; Sed iuxta Paulũ 2. Timoth. 3, *indies errantes, in peius proficiant & alios in errorem latiùs immittant.*

Rectè Vigilius Martyr contra Euichetem scribens, *Mens*, inquit, *imperitiæ, aut contentionis vitio laborans, petulantis animi supercilio erigitur vt sic antiquitus traditas à Patribus fidei*

virtutem illarum. D. Paulus, de quolibet hæretico ſcribit, 1. Timoth. 6. *Qui non acquieſcit ſanis ſermonibus Chriſti, ſuperbus eſt, nihil ſciens, ſed languens circa quæſtiones, & pugnas verborum.* Salomon etiam Prouerbiorum 9. depingit hæreſim, inſtar *mulieris ſtultæ, clamoſæ, plenæ illecebris; & nihil omnino ſcientis.* D. Auguſtinus lib. 3. Cōfeſſionum cap. 6. de Manichæorū imperitia, ſic loquitur. *Incidi in homines ſuperbè dilirantes, in quorum ore, laquei diaboli, & viſcum confectū cōmittione ſyllabarū nominis tui, & Domini Ieſu Chriſti & Paracleti. Hæc enim omnia nō recedebant de ore eorū, ſed ſono tenus, & ſtrepitu linguæ, cæterum cor inane veri.*

Sic igitur pudor & ignorātia, veritatis agnitionē frequēter impediūt, de quibus pernicioſis affectibus, D. Auguſtinus, per gratiam & illuminationem Dei, deuictis, glorioſè triūphans, Manichæorū errores, quibus per nouē integros annos, implicatus erat, deponēs, ad Catholicæ Matris Eccleſiæ gremium rediјt, ac grauiſſimis ſcriptis eandem doctiſſimè defendens, caſtam ei fidem ſeruauit.

Quàm multos nostri sæculi recensere nunc possē, sūmos, præstantissimosq; viros, quorū alij ex vestra, alij ex Caluinistica statione, tot dissidiorū, ac digladiationū pertæsi, Catholicā vnitatem amplexi, accuratissimis Apologijs reditus sui causam explicant, voce publica ac scriptis eruditissimis, Catholicam doctrinam tuentur atque confirmant, quos nūc omnes, *vnanimes in Domo Dei* cum D. Augustino, populorum atque gentium consensus conseruat. Cum his summis viris, ad eam redite Ecclesiam, in qua ante 30. annos omnes fuimus, in vna & Catholica Confessione vnanimes, veræ Charitatis vinculo colligati, quando omnium nostrū vna fuit fides, vnum corpus, vnus spiritus, sicut vocati eramus, in vna spe vocationis nostræ Quis hāc vnius Religionis ac fidei vnitatem apud Tremonienses disrupit? pauci Lutherani, ab vno fugitiuo monacho vicino in pago Brochel instituti, qui à Catholicis Christianis viris optimis se separarunt. Cur idem non liceat Caluinianis, vt Ecclesias

D. Aug contra Epistolā Manich. cap. 4.

non

non veſtras, ſed noſtras, à vobis ſimili ratione, eripiant, vosque iuſto Dei iudicio eijciant, quemadmodum Monaſterio VVeſtphaliæ Anabaptiſtæ, & Brema duce Hardenbergio Caluiniſtæ Lutheranos in exilium & calamitatem profligarunt?

Quòd ſi omnino in parte, & ſeparatione veſtra obdurati, magis eligetis, in meridiana veritatis luce cæcutire, quàm rationibus noſtris examinatis, cum multis alijs, excellentis iudicij viris, ad eam Societatem redire, quam vos Chriſtianam, piam, modeſtam, ſanctam inueniſtis, in qua omnes idipſum loquuntur ac sẽtiunt, quæ in tam multas prouincias & regiones toto terrarum orbe diffuſa, Religionis ac fidei ſuæ vnitatẽ nunquam diſrupit; Hoc, inquam, caſu, ingemiſcens ac dolens, teſtem inuoco Deum, me, ſincera conſcientia ex officio, & ſeductæ per vos plebis, ac Catholicorum commiſeratione motum, præſens hoc ſcriptum ad vos direxiſſe. Cuius quidẽ euidentiſſimæ rationes, ſi nullum apud vos locum inuenient, puluerem de pedi-

tra Caluinum ſcribens,ſuos,propter paucitatem vocat imbellem turmã, præ copijs ingentibus,quibus gloriari Caluinum & confidere dicit. Quin & Caluiniani Lutheraniſmum per ſe ſuppreſſum,& extinctum iam pridem gloriati ſunt edito à Clebitio libello,cuius titulus eſt , VICTORIA VERITATIS, ET RVINA PAPATVS SAXONICI.

Si non,niſi permittente Domino, capillus capitis noſtri decidet,quanto minus,tantæ,& tam ſanguinariæ, atque crudeles rerum conuerſiones, non,niſi domino iuſto iudicio permittente,fiunt?

Videte & attendite, quid per Eſaiam Prophetam pronunciet Dominus: *Væ qui prædaris,nonne & ipſe prædaberis?* Idumæi interfuerunt deſtructioni,& deprædationi Hieroſolymorum,de quibus dicit Abdias Propheta; *Sicut feciſti, fiet tibi, retributionem tuam conuertet in caput tuum. Quomodo enim bibiſti ſuper montem ſanctum meum,bibent omnes gentes iugiter,& bibẽt,& abſorbebũt.* Hoc eſt,quomodo Eſa. 33.

bibisti de spolijs & præda Ierusalem, & templi in monte Sion, & gauisus, & epulatus es, atq; de spolijs Iudæorum potasti, SICVT FECISTI, FIET TIBI Pharao Israeliticæ Ecclesiæ persequutor, Iudæorum masculos infantes submersit; ita & ipse, cum omni exercitu, ac familia sua submersus est. Violauit per adulterium vxorem proximi sui Dauid. Violatæ ac fœdatæ sunt concubinæ ac mulieres suæ. Sicut Vriam Hethæum percusserat gladio; ita, per Prophetam Nathan ipsi denunciatur, quod gladius de domo sua, non recederet in æternum.

Exod. 1. & 14.

2. Reg. 11. & 16.

2. Reg. 12

Catholicæ Ecclesiæ aduersarij, in vnitam longæua, multarum gētium consensione doctrinam, factiones & dissidia diuersarum opinionum ac hæresum immittere conati sunt, vt amabilem & Catholicam doctrinæ vnitatem secarent. Sed, iusto Dei iudicio, vertiginis spiritu in tam multas sectas, diuisiones ac hæreses dissecti sunt ipsi, vt earum partes, ac nomina recensere, sit valde difficilè. Qui omnes, quemadmodum de Ma-

diani-

dianitis legitur, mutua se cæde fatigant, atque interimunt. Obseruauit hoc vester Lutherus, cum in psalmum quintum ita scripsit. *Regnum in seipsum diuisum desolatur. Neque enim vlli vnquam haeretici victi sunt vi, aut astu, sed dissensione. Nec aliter cum ipsis pugnat Christus, quàm misso inter eos spiritu vertiginis, & dissensionis. sicut inter Sichimitas; inter Babylonicæ turris operarios: & in nouo Testamento, inter Arianos, Donatistas, & Pelagianos. Sed & Iudaei nouissima vastitate perierũt dissensione; ita, vt Hilarius sanctus vir, glorietur, in libro de S. Trinitate, Bellum haereticorum esse pacem Ecclesiæ. Ad dissensionem illorum sequitur & corporalis eorum dispersio.* Hanc sibi, & suis, sententiam tulit Lutherus. Iudic. 7. Iudic. 9. Gen. 11.

Valde timendum, ne idem & vobis Prædicantibus Tremoniensibus tandem eueniat, ne in quã, ob magnã erroris fœcunditatem, Caluinismus vos tandem pessundet. Sunt etenim in cœtu vestro, non pauci, nec minimi, quorum mentes ac animos, iam Caluinismus occupauit, qui & Lutheranismo infausta minari, & Baro

pij mortem expectare feruntur, in quos conuenit illud, quod Selneccerus de VVittenbergensibus scripsit, *Hodie*, inquit, *in doctrina de cœna dominica, multi aliquid monstri alunt, & præstolantur obitum suorum Principum, quos iam, vt alienos à factione ista, aliquo modo metuunt, & se rectè sentire fingunt.*

Denique, vel politica ratione, vos Prædicãtes monẽdos esse cẽseo, ne tã graues ac rigidos, vos, Catholicis præbeatis. Quis scit, an corũ seruitia quãdoq; requiretis, si quando vobis, ceruicibusq; vestris, crudelis & sãguinaria, quã probè nostis, Caluinistica factio imminebit? Mitto recẽtia vicinorũ vestrorũ exẽpla. Vnũ, quod in grauissimo Antuerpiensiũ tumultu An. 1567. Die 13. Martij egomet vidi, cõmemorare libet. Cũ Antuerpię aliquot septimanis, tres diuersę factiones, ab vnitate Catholica diuisæ, in suburbijs, publicas cõciones haberẽt, Martiniani nimirũ, siue Lutherani, Caluiniani, & Anabaptistæ: Caluinistæ autẽ sese, numero ac viribus plusculũ valere cognoscerent, mox Magistratu inuito, in ipsam vrbẽ tur-

matim inuolant, conuentus publicos, & conciones instituūt. Imitātur hoc idē Lutherani, sed, Caluinistæ, pro cōsuetudine sua, cōsortes impatiētes vrbis Armamētario, & multorū mercatorū ædibus, qui omne armorum genus vendebant, vi occupatis, probè se muniunt, effractis carceribus captiuos dimittunt, vrbis portas, claues, latiores plateas, & Pontem marinum, multis armatorū millibus occupantes, omnibus valde formidabiles, duce Hermanno Prædicante, tantæ vrbis, dominos se constituunt. Publicis edebant, & profitebantur vocibus, se, Martinistarū (quibus maximè infesti erant) & Papistarū sanguinē ac bona sitire. Quid hic Martiniani? Illi metuere, trepidare, sudare, ad Catholicos cōfugere, à quibus nisi suppetias, & auxiliū in præsēti necessitate cōsequnti fuissēt, vna cū Catholicis interijssēt. Catholici, ex Lusitanorū & Ostromarinorū nauib⁹, quę in Scaldi subsistebāt, machinis grādiorib⁹, in Area Monetaria, subitò muniti, equitatu, quē Hāseatici Mercatores suppeditabant,

instru-

te obdormiant, & aures veſtræ aggrauatæ maneant, ſed, repudiatis omnibus, priuatarum opinionum commentis, redeatis in gratiam cum Chriſto, & eius CATHOLICA, APOSTOLICA ET ROMANA ECCLESIA, quæ *diuina prouidentia* (vt S. Auguſtin. lib. de vtilitate credendi ad Honoratum cap. 17. loquitur) *per Prophetarum vaticinia, per humanitatem doctrinamque Chriſti, per Apoſtolorum itinera, per Martyrum contumelias, cruces, ſanguinem, mortes: per ſanctorum prædicabilem vitam, atque in his univerſis, digna rebus tantis atque virtutibus, pro temporum oportunitate, miracula*, primùm inſtituta & ad nos mille & ſexcentis annis perpetuata eſt. Hæc enim eſt magna domus Dei, eſt arca arca Noë; hæc ſola ſanguinem Chriſti habet; ſola in diluuio aquarum multarum recipit periclitantes, & vnit ſponſo ſuo, ne ſubmergantur. Huic Eccleſiæ, deſerto Luthero, (qui toto mille & quingentorum annorum decurſu, nullum cœtum,

imm ò

immò nullum Patrem, nullum omnino cuiuſcunque conditionis aut ſexus hominem proferre poteſt, qui cum ipſo fidei profeſſione conſenſerit) ſi vos aggregaueritis, & bonum certamen certaueritis, conſummaueritis curſum, ſeruaueritis fidem, æternæ gloriæ hæreditatem à Chriſto Ieſu partam, cum ſumma omnium cœlitum gratulatione participabitis. AMEN.

IEREMIAS cap. 13.

Eſt ſpes nouiſſimis tuis: & reuertentur filij tui ad terminos ſuos.

FINIS

ORIGINES VRBIS ET COMITATVS TREMONIENSIS, EX NOSTRO VRBIVM totius mundi Theatro.

HIc Sacri Rom. imperij Comitatus, atque in meditullio ipsius posita vrbs Tremoniensis, earum ditionū albo recensentur, quæ sine intermedio Romanorum Imperatorem agnoscunt Dominum, hæc quondam à Trutmannis Sueuorum populis Trotmannia, posteris temporibus Tremonia, vulgari autem dialecto Dortmundt appellata est. Ex Iulio autem Cæsare constat, Sueuos, potentissimam gentem hasce olim, quæ nunc VVestphalia vetusuè Saxonia dicuntur, prouincias longè lateque habitasse: Vbijs enim & Tencteris, siue Tenchteris trās Rhenanis populis proximè vicinos statuit, qui etiā quod ab hisce Sueuis complures annos exagitati, bello premebantur, Rhenum trāsire, locoque illis cædere coacti sunt. Iuxta Tencteros porrò Bru-

rò Bructeri olim (vt auctor est Tacitus) occurrebant, quibus pulsis, Chamanni & Angriuarij sedes eorum occupauerunt. Bructeri igitur primum (vtpotè Sueuorum pars) inde Chamanni Bructeris vltra Lippiam pulsis, hanc VVestphaliæ partem olim tenuerunt, cuius appellationis vestigia, quæ locis quibusdam impresserunt, etiamnum supersunt.

Cæterum ex Cæsare perspicuum euadit, Sueuorum eam gentem pagis distributam fuisse, vnde facilè colligere est, nullas hîc eo tempore vrbes habitatas, sed promiscuam nationem per tribus distinctã, pagos suos (hoc est) Territoria & Iurisdictiones passim incoluisse: nõ enim pagi denominatione Cæsar paruã aliquam hominum manum, sed vniuersitatem quandam designauit: vt alibi quoque Heluetiam in quatuor distinctam Pagos memorat, quorum hodie tredecim, ijdemque amplissimi connumerantur. Pagus igitur Territorium fuit & pręfectura, quam florentem Cicero Co-

loniam

loniam nominat, quique posteris tẽporibus Comitatus Dominorumq; titulo fuerunt insigniti. Horum autem per VVestphaliam quam plurimas reliquias, tot adhuc passim extantes præfecturæ, Castraque & Dominia Iurisdictionibus separata, liquidò contestantur: neque ambiguũ Trotmannorum familiam eorum quoque numero recensitam. Annales enim, veterumque quæ extant monimenta, declarant eo loci, vbi postea vrbs Tremoniensis extructa est, duos olim pagos, Veterem scilicet & Nouum extitisse, qui imperiũ antiquissimi castri Trotmannorum intermedij sequerentur. Sub id verò tempus, quando Carolus Magnus hasce omnes Saxonicas prouincias subegisset, Ius municipij accipere, paulatimque in opidum coalescere cœpisse. Is enim perspecta soli vbertate situsque non vulgari præstantia, Colonias huc deduxit, sedem hîc sibi aulæque Regiæ domicilium firmauit. Ex qua vetustatis memoria in Agro suburbano fertilissimo equidem loco posita latifundia, (quorũ

pij mortem expectare feruntur, in quos conuenit illud, quod Selneccerus de VVittenbergensibus scripsit, *Hodie*, inquit, *in doctrina de cœna dominica, multi aliquid monstri alunt, & præstolantur obitum suorum Principum, quos iam, vt alienos à factione ista, aliquo modo metuunt, & se rectè sentire fingunt.*

Denique, vel politica ratione, vos Prædicātes monēdos esse cēseo, ne tā graues ac rigidos, vos, Catholicis præbeatis. Quis scit, an eorū seruitia quādoq; requiretis, si quando vobis, ceruicibusq́; vestris, crudelis & sāguinaria, quā probè nostis, Caluinistica factio imminebit? Mitto recētia vicinorū vestrorū exēpla. Vnū, quod in grauissimo Antuerpiensiū tumultu An. 1567. Die 13. Martij egomet vidi, cōmemorare libet. Cū Antuerpię aliquot septimanis, tres diuersę factiones, ab vnitate Catholica diuisæ, in suburbijs, publicas cōciones haberēt, Martiniani nimirū, siue Lutherani, Caluiniani, & Anabaptistæ: Caluinistæ autē sese, numero ac viribus plusculū valere cognoscerent, mox Magistratu inuito, in ipsam vrbē tur-

matim inuolant, conuentus publicos, & conciones instituũt. Imitãtur hoc idẽ Lutherani, sed, Caluinistæ, pro cõsuetudine sua, cõsortes impatiẽtes vrbis Armamẽtario, & multorũ mercatorũ ædibus, qui omne armorum genus vendebant, vi occupatis, probè se muniunt, effractis carceribus captiuos dimittunt, vrbis portas, claues, latiores plateas, & Pontem marinum, multis armatorũ millibus occupantes, omnibus valde formidabiles, duce Hermanno Prædicante, tantæ vrbis, dominos se constituunt. Publicis edebant, & profitebantur vocibus, se, Martinistarũ (quibus maximè infesti erant) & Papistarũ sanguinẽ ac bona sitire. Quid hic Martiniani? Illi meruere, trepidare, sudare, ad Catholicos cõfugere, à quibus nisi suppetias, & auxiliũ in præsẽti necessitate cõsequnti fuissẽt, vna cũ Catholicis interijssẽt. Catholici, ex Lusitanorũ & Ostromarinorũ nauib⁹, quę in Scaldi subsistebãt, machinis grãdiorib⁹, in Area Monetaria, subitò muniti, equitatu, quẽ Hãseatici Mercatores suppeditabant,

te obdormiant, & aures vestræ aggrauatæ maneant, sed, repudiatis omnibus, priuatarum opinionum commentis, redeatis in gratiam cum Christo, & eius CATHOLICA, APOSTOLICA ET ROMANA ECCLESIA, quæ *diuina prouidentia* (vt S. Augustin. lib. de vtilitate credendi ad Honoratum cap. 17. loquitur) *per Prophetarum vaticinia, per humanitatem doctrinamque Christi, per Apostolorum itinera, per Martyrum contumelias, cruces, sanguinem, mortes: per sanctorum prædicabilem vitam, atque in his vniuersis, digna rebus tantis atque virtutibus, pro temporum oportunitate, miracula*, primùm instituta & ad nos mille & sexcentis annis perpetuata est. Hæc enim est magna domus Dei, est arca arca Noë; hæc sola sanguinem Christi habet; sola in diluuio aquarum multarum recipit periclitantes, & vnit sponso suo, ne submergantur. Huic Ecclesiæ, deserto Luthero, (qui toto mille & quingentorum annorum decursu, nullum cœtum,

immò

immò nullum Patrem, nullum omnino cuiuſcunque conditionis aut ſexus hominem proferre poteſt, qui cum ipſo fidei profeſſione conſenſerit) ſi vos aggregaueritis, & bonum certamen certaueritis, conſummaueritis curſum, ſeruaueritis fidem, æternæ gloriæ hæreditatem à Chriſto Ieſu partam, cum ſumma omnium cœlitum gratulatione participabitis. A M E N.

IEREMIAS cap. 13.

Eſt ſpes nouiſsimis tuis: & reuertentur filij tui ad termtnos ſuos.

FINIS

ORIGINES VRBIS ET COMITATVS TREMONIENSIS, EX NOSTRO VRBIVM totius mundi Theatro.

HIc Sacri Rom. imperij Comitatus, atque in meditullio ipsius posita vrbs Tremoniensis, earum ditionū albo recensentur, quæ sine intermedio Romanorum Imperatorem agnoscunt Dominum, hæc quondam à Trutmannis Sueuorum populis Trotmannia, posteris temporibus Tremonia, vulgari autem dialecto Dortmundt appellata est. Ex Iulio autem Cæsare constat, Sueuos, potentissimam gentem hasce olim, quæ nunc VVestphalia vetusuè Saxonia dicuntur, prouincias longè lateque habitasse: Vbijs enim & Tencteris, siue Tenchteris trās Rhenanis populis proximè vicinos statuit, qui etiā quod ab hisce Sueuis complures annos exagitati, bello premebantur, Rhenum trāsire, locoque illis cædere coacti sunt. Iuxta Tencteros por

rò Bructeri olim (vt auctor est Tacitus) occurrebant, quibus pulsis, Chamanni & Angriuarij sedes eorum occupauerunt. Bructeri igitur primum (vtpotè Sueuorum pars) inde Chamanni Bructeris vltra Lippiam pulsis, hanc VVestphaliæ partem olim tenuerunt, cuius appellationis vestigia, quæ locis quibusdam impresserunt, etiamnum supersunt.

Cæterum ex Cæsare perspicuum euadit, Sueuorum eam gentem pagis distributam fuisse, vnde facilè colligere est, nullas hîc eo tempore vrbes habitatas, sed promiscuam nationem per tribus distinctã, pagos suos (hoc est) Territoria & Iurisdictiones passim incoluisse: nõ enim pagi denominatione Cæsar paruã aliquam hominum manum, sed vniuersitatem quandam designauit: vt alibi quoque Heluetiam in quatuor distinctam Pagos memorat, quorum hodie tredecim, ijdemque amplissimi connumerantur. Pagus igitur Territorium fuit & pręfectura, quam florentem Cicero Co-

loniam nominat, quique posteris tēporibus Comitatus Dominorumq; titulo fuerunt insigniti. Horum autem per VVestphaliam quam plurimas reliquias, tot adhuc passim extantes præfecturæ, Castraque & Dominia Iurisdictionibus separata, liquidò contestantur: neque ambiguū Trotmannorum familiam eorum quoque numero recensitam. Annales enim, veterumque quæ extant monimenta, declarant eo loci, vbi postea vrbs Tremoniensis extructa est, duos olim pagos, Veterem scilicet & Nouum extitisse, qui imperiū antiquissimi castri Trotmannorum intermedij sequerentur. Sub id verò tempus, quando Carolus Magnus hasce omnes Saxonicas prouincias subegisset, Ius municipij accipere, paulatimque in opidum coalescere cœpisse. Is enim perspecta soli vbertate situsque non vulgari præstantia, Colonias huc deduxit, sedem hîc sibi aulæque Regiæ domicilium firmauit. Ex qua vetustatis memoria in Agro suburbano fertilissimo equidem loco posita latifundia, (quorū

possessio per Comites olim in senatum translata est) Koningshoffs Landt & curtes seu villæ istæ amplissimæ per vicinos agros ditionesque circũiectæ Reichshofen nuncupantur, quæ sensus suos frumentorũ annuos ad Aulam ibi Regiam conferre tenebantur. Porrò vt religionem Carolus in nuper à se constitutam Remp. introduceret, Collegium hic Canonicorum erexit, Diuoque Panthalioni consecrauit, quòd tamen à filio inde & nepote Ludovvico absolutum est. Quibus insuper decretum fuerat, magnificum quoque D. Benedicto Monasterium iuxta noui opidi pomæria construere, nisi factionibus ille intestinis impeditus, hunc verò mors è viuis maturius rapuisset. Aedes tamen sacra eo loci diu post permãsit, quæ posteris temporibus ad portam Orientalem vrbis translata est: Sed locus vbi olim constitit, campus seu cæmiterium D. benedicti in hodiernum vsque diẽ appellatur. Similiter & Collegium ipsum, etsi beneficia à Carolo successoribusque accepta, vltra ducen-

tos annos sarta tecta vtcunque conseruasset, attamen ob frequẽtes Hunorum, atque efferæ gentis Normãnicæ incursiones,(quibus rudimenta nouæ vrbis atterebantur)adeò quoq; eius possessiones fractæ diminutæq; sunt, vt statione suam pristinam tueri vlterius nõ potuerit. Quocirca Diuus Anno Archipræsul Coloniensis (quem tempore Henricorum tertij & quarti Imp. ab anno salutis M.LV. præfuisse constat) sortem labascentis Collegij commiseratus, Coloniam Agrippinam, vtpotè ad tutiorem locum transtulit, Diuæque Virgini ad gradus in posterum deuouit: quod etiam præter annales Coloniensium, membranæ quædam, per quam veteres ex Archiuo Reipub. depromptæ liquido contestantur. Sic enim auctor scripti eius antiquissimi,(qui se vrbis Amanuensem fuisse profitetur) iussu Magistratus in publicas quondam tabulas redegit. *Postquam*(inquit) *per venerabilem virum S. Annonem Archiepiscopum Coloniensem Canonici S. Reinoldi, qui ibidem per magnificum Carolum Pipini filium*

fuerant instituti & dotati, ad Ecclesiam S. Mariæ ad gradus Coloniam sunt translati, ea videlicet de causa, quia dicti Canonici, tunc temporis in præsenti loco non poterant pacem vel quietem habere propter prædonum & raptorum insidias, & continuum strepitum bellorum, nondum enim tunc temporis locus iste per fossam satis munitus extiterat, &c. quæ documento sunt, quod ipse D. Carolus, non autem alter quispiam ex successoribus Regibus, vrbis Collegijque huius primordia iecerit, atque Annonem Episcopum grauari iniuria, quem indignè succedentibus temporibus citra legitimam causam illud transtulisse, ciuiumqúe liberos eo præsidio non leui posterorum cum iactura nudasse, causabantur. Cæterũ Translatis simul & agrorum decimis, (quarum nomine certæ etiamnum denariorum præstationes quotannis Collegio à Senatu Tremoniensi persoluuntur) ne fraudem religioni intulisse Archiepiscopus diceretur, quosdam è Collegis vitæ morumqúe innocentia maximè

præcellentes ibidem conſtituit, ædẽque hactenus Diuo Panthalioni ſacram, reliquijs D. Reinoldi Martyris Colonia huc (ciuiũ deuotè petitioni acquieſcens) integrè translatis, eiuſdemque patrocinio in poſterum inſigniuit. Equidem & ſucceſſores ſui memorantur priſcis temporibus frequenter huc commeaſſe, cũque Decano loci rem Eccleſiaſticam ſedulo procuraſſe. Extat iuxta ædem Reinoldinam propè Sacellum D. Margarithæ (quod Archiepiſcoporum religioni peculiariter inſeruiſſe aſſeritur) locus, qui Freithoff/ à vetuſti forſan aſyli memoria etiamnum appellatur, propè hunc ſedem fixiſſe, eundemque antiquitus hac de cauſa ſæpenumero frequentaſſe proditum. Sed cum vnica demum & primaria D. Reinoldi ædes tantæ hominum multitudini intra & extra vrbis concepta huc confluenti nõ ſufficeret, effectum eſt ſumptibus piorum hominum, (inter quos præter Imp. & Comites nonnullorum è nobilibus Borchmannorum familijs, præſertim de Randenradt, Svvans-

bolle, Dobbe, Suderman, à Bersvvordt, Svvarte de VVickede, alijsq; prognatorum conspicua adhuc passim liberalitas plurimum eluxit,) vt breui temporis spatio plures erigerentur, populique vndiq; concurrentis deuotioni satisfieret. Deniq; Henricus de Virneburch Arehiepiscopus Coloniensis, consensu quoque Luberti Decani & Conuentus S. Mariæ de gradibus, necnon Hermanni Decani Tremoniensis (vt verba literarum anno salutis M.CC. XXXII. consignatarum perhibent) quo Paretiarũ partitio intra & extra mœnia fieret, eademque firma rataque in posterum permaneret, autoritatem suam interposuit. Ergò ternæ mox priori adiectæ sunt, nam ædes, seu Sacellum Diui Martini Imp. hîc commorantium, seu his succedentium Comitum peculiare, longis ante temporibus præcessit: quod singularibus etiam Seruorum & Cerocensualium (quos vocant) alijsque Cæsarum olim beneficijs locupletatum, primas tum ab antiquitate, tum à veteri structuræ genere, imò &

Regij

Regij pallatij vicinitate facilè merebitur. Non autem instituta nobis breuitas patitur augustissimum nobilium Virginum, non D. Francisco atque Dominico erecta olim maximis sumptibus Monasteria, aliasq; sacras per vrbē visendas ædes, & Nosocomia, Xenodochiaque ob oculos ponere, cum amplitudine sua maiorum summam liberalitatem cum singulari deuotione pietateque coniunctam satis superque contestētur.

Certè, magnum ac singularem catholicæ pietatis zelum Tremonienses Ciues, multos ante annos elapsos, diuersis sacrarum fundationum argumentis declarârunt, quando ædes, & hæreditarias habitationes suas, numinis Diuini gloriæ dedicarunt, Anno quippe salutis M.C.XC.VIII. ligneum D. Nicolai Oratorium, cui D. Panthaleonis Canonicus præerat, ex Ludouici Presbyteri, & cognatæ suæ Alheidis, Ciuium Tremoniensium patrimonio, in augustiorem formam excreuit, cui Anno deinde M. CCCC. Chori

ſtructura acceſſit.

Anno ſalutis M. CC. XC. Inſtrumentum extat, Sigillo magno vrbis Tremonienſis, & Decani ad Gradus B. Mariæ Colon. corroboratum, cuius hæc ſunt verba; Ioannes de Criſpin Burgenſis noſter dilectus, Capellam S. Iacobi annexam portæ Occidentali in Parrochia S. Reinoldi, pro ſalute animæ ſuæ & parentum ſuorum, proprijs ſumptibus conſtruxit, & quadraginta Marcas Tremonienſium denariorum, ad comparandos annuos redditus, pro dote ipſius Capellæ contulit, de cõſenſu & auctoritate Pelegrini Decani prædicti, cuius Capellæ donatio, atque prouiſio, ad præfatum Decanum, eiuſquè ſucceſſores, in perpetuum maneret.

Clerus & Senatus Tremonienſis, ex vna Vicaria S. Stephani, in Parrochiali S. Reinoldi, ob frequētiā fidelis ac Catholici populi eo confluentis, vt vna licet ampliſſima Eccleſia, tantam multitudinem capere non poſſet, aliam fundarunt Parrochialem, infra metas S. Reinoldi, de conſen-

ſẽſu & adprobatione Archidiaconi loci, & Decani ad Gradus B. Mariæ Colon. Domini VVirici, quod Anni M.CCC.XVII. iam dicti Decani, & magno Sigillo Ampliſſimi Senatus Tremonienſis corroboratum, Inſtrumentum confirmat.

Inſignes ſunt Nobilis Tremoniẽſis Sudermannicæ familiæ, diuerſarum Vicariarum, & Altarium fundatæ dotationes in Parrochiali D. Reinoldi, de conſenſu & adprobatione Archidiaconi Tremonienſis, & Decani ad Gradus B. Mariæ, erectæ, quas VVicboldus Archi Epiſcopus Colonien. Tremonienſium Diœceſanus, Anno. M.CC.XCIX. certis conditionibus confirmauit.

Anno M.CCC.XXX. Hillebrandus Cæſareus Tremonienſis itidem patriota, auitã ſuam domũ, in Hoſpitale, hoc eſt, in domiciliũ Chriſti, ac pauperum refrigeriũ cõuertit.

Anno M. CCC. X. Ordinis Dominicanorum fratres, quorum aliqui patriotæ Tremoniẽſes, ab Equeſtris ordinis viro Eduardo Freidach, aream in Ciuitate Tremonienſi, ex

priuato

priuato peculio ſibi compararunt, & Clementis V. ac Henrici Imperatoris conſenſu, auctoritateque ſtipati, Dominicanorum Monaſterium conſtruxerunt. Quod anno deinde M. CCC. XXXI. difficultatibus quibuſdam ſuperatis, perfectum, Rudolphi Imperatoris ſemper Augusti, & aliorum præcedentium Cæſarum, priuilegijs ornatum, ac munitum fuit.

Porro, ex venerabilis Cleri cohabitatione, præclara Tremonienſis Ciuitas, mirificè ſe condecoratam, iam olim teſtata fuit. Nam, cum anno M. CCC. LXXVII. Menſe Nouēbri, Carolus IV. Romanorū Imperator, & Bohemiæ Rex, Tremoniam ingreſſus fuiſſet, ibi Ampliſſimus Senatus, maxima ſolennitate cum honorificê ſuſcepit, & cum totius Cleri proceſſione magnificè introduxit; tali ordine. Religioſæ ac nuncupatæ Deo virgines S. Catharinæ, in proceſſione binæ ac binæ cum Reliquijs ſacris præcedentes, eas ſequebantur Ordinis Minorum, ac Dominicanonorum fratres, inde Scolariū ordo,

ac venerabilis Sacerdotum ſocietas. Tomba deinde argentea, cum Reliquijs ſacris D. Reinoldi, eiusq́ue caput in Proceſſione deferebatur. Proconſules deinde, Conſules, ac Senatores, Regem, ſolemni pompa ad D. Reinoldi Eccleſiam, inde ad Curiam Ioannis de VVickede, heroicè exornatam, deducunt.

Cæterum, de rudimentis & progreſſu ab initio ſuſceptæ apud Tremonienſes Religionis, ne prolixior ſim, hæc modo ſufficiant, quæ ſingula aliàs demonſtrare conſtitui. Interim, tanta Maiorum ac Proauorum, in Catholica Religione ſuſcipienda promouendaq́ue deuotio, Tremonienſibus merito incitamento erit, non modo vt ea ſalua, ac illibata cõſeruetur, verum etiam vt eandem piè fouendo, reuerenterq́ue colendo, adaugeant, & primam conciuium, ac Maiorum ſuorum conſtantiam, ſedulò æmulentur, vt remotis omniũ nouarũ opinionũ illecebris, eã fidei profeſſionẽ iam ſenes cõſtanter conſeruent, quam olim pueri, in Catholica inſtitutione didicerunt.

Nunc

Nunc breuiter quoque demonstrãdum est, quæ rerum Politicarum ratio, quisque adeò Reipubl. status per Carolum, & posteros Reges introductus sit. Non ambiguum verò est, vicinas hasce per VVestphaliam ditiones, ex hostica terra in prouinciæ formam redactas, necnon VVidekindo, alijsque qui antea eas tenuerant Dominis, beneficij iterum nomine à Carolo ferè attributas, plerasque tamen etiam sibi, posterisque à se Regibus reseruasse. Id enim præter alia, Curtes seu villæ istæ amplissimæ (quas supra memorauimus) atque agri Aulæ quondam Regiæ, cum siluis propinquis, passimque per vicinas ditiones circũiectis, satis superque demonstrant. Argumẽto quoq; fuit Comes seu Vicarius hîc olim Regius, qui iunctas sibi habens priscæ nobilitatis quasdam familias, veteri appellatione Borchmannos, id est, Castellanos dictos, vniuersam Rempubl. administrabat. Has autem Reges singularibus beneficijs pernârant, è Patrimonio suo fundos Syluæque seu foresti suburbani

amplissimi ius, possessionemque li beraliter contribuentes, quæ à tam longa temporum serie ad earum familiarum posteros huc vsque trãsmiserunt: qui Regio feudique nomine, etiamnum ea, iuxta priscæ consuetudinis præscriptum possidentes Vasalli inde Imperij, se rectiùs patrio idiomate Reichsherren antiquitus appellantur. Cùm verò hæreditario VVestphalicarũ ditionũ possessio in posteritate Caroli ad Arnolphum vsque Cæsarem permansisset, ab eius morte Otto Saxonum Dux, gener ipsius vsurpare illud Ius cœpit, ab eoque deinceps ad Henricum Aucupem, eiusque posteros translatum est. Horum ætate Huni, gens barbara, Germaniam grauiter depopulati sunt, sacra & prophana impiè temerantes, quos denique Henricus, postquam anno salutis ıɔ.cccc x x. ad Imperij gubernacula adscitus esset, fortiter repressit, viresq; eorũ, ne se iterũ lacessere per Imper. auderent, prorsus fregit atq; cõtudit. Sub Ottone verò I. filio & successore, cũ Imp. bello fraterno

implicitus esset. Huni iterum nouis per Germaniam excursionibus grassātes, VVestphaliā quoq; grauiter diuexarunt: quos Imperatoris exercitus *Trotmanniā* vsque (vbi tētoria fixerant) subitò consecutus, ad internecionem concidit, trepedationeque, vel maxima opidanos liberauit. Hæc strages anno ıɔccccxxxvıı edita est, eoque loci, vbi exercitus consederant, telorum cuspides, aliaque veteris armaturæ genera, quandoque eruta sunt. Et extat ad latus Septētrionale vrbis, secūdum mœnia fons quidam limpidus D. Ioannis dictus, cuius lacuna siue colluuies *Hunorū aquatio*, hoc est vulgari idiomatè Die Huinen Drencke hactenus appellatur. Anno etiam sequente, cum Henricus Imperatoris frater ex fœdere cum Eberhardo Palatino, & Gisberto Lotharingiæ Duce inito, contra Ottonem Imper. germanum suum fratrē susciperet, is vt rebus suis consuleret, mox obsedit Tremoniam (*Trotmanni VVitichindus vocat*) quæ tunc præsidio fratris occupabatur. Ciues autem subita inopinataque

obsi-

obſidione conſternati, & fortunæ Tancmari non immemores, perſuaſi ſunt à Militiæ ſuæ quodam præfecto ab Hagen dicto, (forſan quod pagi illius nominis non longè ad *Rurā* inde ſiti incola, vel dominus fuerit) vt ſeſe dederent, neq; incertam belli obſidionisque aliam experirentur. Itaque portis effuſi, in gratiam Cæſaris conceſſerunt, præſidiaque illius exceperunt. Hinc ille vlterius Dorſtenium, VVeſaliamque prouectus, exercitum in fratrem mouit, ac per paucos, qui Rhenum (ignari hoſtem tam propinquum) temerè traiecerant, miro illam Stratagemate circumuenêre, victoriamque planè inſperatā, erepti ipſi periculis, reportarunt. Ab eo tempore Tremonia in fide Cæſaris conſtans permanſit: Nam & idem hic Otto, cùm Francofurti ad Mœnum Natalitia Chriſti feſta celebraſſet, ibique intelligeret fœdus à filio generoque contra ſe ictum, licet igitur Paſcha Aquiſgrani celebraturus erat, tamē mutata ſententia, Coloniam nauigio deſcendit, indeque Trotmanniam

(quod Droomanni apud Reginonẽ depravatè ſcriptũ eſt) vtpotè ad tutiorẽ ab hoſtilibus inſidijs locũ profectus eſt. Cũque Paſchales ibi ferias cũ aulæ ſuæ procerib⁹ ritè peregiſſet, militẽ ibi cõtra Ludulphũ, & Conradũ Sueuorũ Duces conſcripſit, expeditionẽq; inde ſuſcepit. Nihil poſtea memorabile de reb⁹ Tremonienſiũ extat, ad Henricũ vſq; ſecundũ, qui cũ vxore ſua Cunigũda celebres hîc imperij cõuentus atq; Comitia peregit: in quibus Padibornenſis Ecclesiæ Antiſtes, Meinvverc⁹ suã ipſi' matrẽ capitis apud Cæſarẽ Imperijque ordines reã peregiſſe legitur, ꝙ filio ſuo Theodoro (quẽ carũ admodũ fratri Meinvverco ſciuerat) atroci quadam crudelitate necẽ procurârat. Hãc tamẽ cũ preces omniũ procerũ (indignãte etiã vel ſummè ipſo Epiſcopo) tandẽ & vix ægerè capitali ſupplicio liberaſſent, Imperator mitiorẽ pœnã ſecutus, bonis omnibus exuit, eaq; poſſeſſioni Eccleſiæ Padibornẽſis adiecit, perpetuoq; deuouit. Quod actũ memorãt Annales Trotmũdæ, anno ſalutis 1016. die 10.

Ianu.

Iāuarij indict.3. Hic idē Imp. quoniā frequēter huc cōmeare solebat, post quinquenniū in æde D. Martini (quā Regibus peculiarem diximus) Arā quandam D. Ioanni sacram erexit, id quod vetus inscriptio (maiorum tēpore nondū oblitterata liquidò contestatur. Quemadmodū verò regnante hoc Cæsare & succedentibus duobus, nō parum efflorluit Tremoniensis Respub. Sic ab Henrico IV. cladē non exiguam perpessa est, potissimum cùm anno 1083. Saxonum plerique proceres ob summam eius tyrānidem res nouas moliri, ab eoque deficere cogerentur. Annonis tamen Archiepiscopi Coloniensis auctoritate apud Cæsarem denique effectum est, vt æquior subditis fieret, eiusque in gratiam tandem iterū redierunt. Ab eo tempore quieta ferè VVestphalia, donec Fridericus Barbarossa Henricum Leonem eius Dominum, ab Imperio Romano proscriptum VVestphaliæ, & Angariæ Ducatu exueret, earumque possessionem Archiepiscopo Coloniēsi traderet. Quæ res licet vniuersam

VVestphaliam plurimum turbaret, bellisque cruentis inuolueret, tamē vrbs Tremoniensis Friderici Regis (qui frequenter ibi versari, & prouincijs Saxonicis Ius inde dicere solitus erat) patrocinio beneficijsq; communita, pace interea tranquillitateque commodū perfruebatur. Monstratur adhuc in vrbe locus, vbi subinde Imp. pro tribunali præsedisse, deque Iure interrogantibus respondisse dicitur: Quod & Chronicon Episcoporum Monasteriēsium disertis verbis attestatur. Cœpêre autem tum Comites de Altena, posteris temporibus de Marca cognominati, ex Ascaniorum Principum vetustissima stirpe genus ducentes, illustriores bello fieri. Cum quibus vrbs Tremoniensis, vicinitatis ergò alterna pace dissidijsque sæpenumero volutabatur. Engelbertus enim de Marca, agros primùm ipsorum populari, commeatum excludere, itineraqúe cœpit reddere infesta: vel ob id quoque ferocior, quod in affinitatem Engelberti de Valckenberch Archiepiscopi Colonien-

ſis(quem & ipſum ciuitas infenſum habuit)nuper conceſſerat. Eiuſdem autem temporibus memoranda illa ſtragis in loco VVolffskamp ſeu VVuluerich hodie dicto, ad primum ab vrbe lapidem edita eſt, ex qua comes Engelbertus contra Saxoniæ Ducem, & Epiſcopos Oſnabrugenſem, & Padibornenſem, non incruētam tamē victoriam reportauit. Cecidêre in eo conflictu multi ex primaria VVeſtphaliæ nobilitate, quin & è Regum Scotiæ familia quēdam hac pugna interemptum annales commemorant. Cuius funebrium Memoriæque ergò, templum iſtud Paræciale in pago Brechten ditionis Tremonienſis, poſtea ſit extructum, vtpotè ad cuius cæmiterium ipſius, aliorumque cæſorum corpora ſint delata. Anno deinde ſalutis 1297. die feſto S. Marci, maiorem quàm vnquam aliâs ciuitas Tremonienſis paſſa eſt cladem, cum vnius hominis incuria ignis temerè cuſtoditus, & in ſtramina prolapſus, vniuerſam ferè fatali incendio conſumpſit: Stātibus enim in foro, per quatuor vr-

bis portas patuit proſpectus. Sed huic mox ciuium calamitati Imp. clementer proſpexêre, Conſiſtoriū dirimendis, per Imperium litibus huc transferentes, annuos quoque mercatus indicentes, imò & lacerā vrbem (ſubleuando ciuium inopiā) nouis ipſi ædificijs exornantes, vnde breui temporis curriculo, abſumpta flammis Diuorum templa, necnon publica priuataque ædificia, priſtino nitori reddita, ornatius etiā, quā ante incendium fuerant, paulatim reſtituta ſunt. Quo etiam eò tutiores ab hoſtilibus incurſionibus operis incumberent, fœdera cum vicinis principibus ſtabiliuêre, præſertim cum Marcanis Comitibus, qui propterea ad annum vſque 1344. ab omni iniuria ceſſauerunt. Tum verò nouas controuerſiarum cauſas, reſuſcitando Engelbertus Adolphi filius bello, iterum incurſionibusq; eos infeſtare occœpit, cui vt reſiſterent, hoſtilesque ipſius conatus eò facilius frangerent, ad fœdera Godfridi Comitis Arnſpurgenſis tranſiére, iunctiſque ſic viribus impetum

eius,

eius, tentataſque ſæpius inuaſiones eluſêre. Qua re intellecta, Comes vltionis percupidus, inſidijs rem gerere tentauit, hac ratione, vt cohortes aliquot in foſſa iuxta promurale vrbis noctu abderet, qua cãcellos ad Septentrionem, qui eluuies diſcernitur, clanculum perforarent, reliquiſque qui in procinctu erant, militib⁹ aditum patefacerent. Sed proditio hæc mirificè, atque vt annales referunt, diuinitus detecta, perq́ue excubitorem æris ſonitu patefacta eſt, cuius nomine anniuerſariæ olim preces à Senatu inſtitutæ, atq; hactenus cum ſumma omnium deuotione quotannis liberatæ Reipublicæ ergò obſeruatæ atque celebratæ ſunt. Simultatibus verò his denique ſublatis, arctiſſimo deinceps fœdere Engelbertus Tremonienſibus iungitur, Reipubl. eorũ defenſionẽ recipiẽs, cuius etiam fœderis in Saxonia meminit Crãztius, euidentiuſque teſtãtur literæ maiori Comitis ſigillo an. ſalutis 1364. cõſignatæ, Senatuiq́; traditæ. Idipsũ fœdus anno 1367. renouatũ eſt: quãdo poſt aliquot mẽſes

VVilhelmus Comes de Mõte, Dux item Iuliacensis, & Comes Cleuensis, Tremoniam obsessuri, cum non parua suorum manu in castris ante vrbem conspicerentur. Sed obsidio hæc interuentu principum nonnullorum soluta est, Comite tamen Montis pecunia, cui inhiabat, quamque metu obsidionis à ciuibus extorquere sperauerat, planè frustrato. Post biennium verò Tidericus Dominus de Dinxlachene, ex Comitũ Marckẽsium familia, vir irrequieto animo, coniunctis sibi nonnullis alijs Comitibus & Baronibus per fœciales, hostilitatem opidanis denũciat, qua illi contempta, cumque aperto Marte, rem ille gerere potens non esset, ad proditionem confugit, occultatis nimirum in fœno, quod plaustris in vrbem aduectum est, nõnullis militibus, qui diurnis ad portam Excubijs improuiso iugilatis, aditum reliquę extra muros cohorti, clam abditæ patefacerent. Sed ijdẽ quoque in facinore per Excubitores deprehensi, mox pœnas (cum alijs in vrbe proditionis conscijs) in foro

ampu-

amputatis ceruicibus, luerunt. Cuius etiã anniuersariæ Deo vindici, gratiarum actiones olim publicæ institutæ, in hodiernum vsque tempus concelebrantur. At grauiore postea anno salutis M. CCC. LXXXIIX. multorum potentissimorum Principum obsidione vrbs Tremoniensis iterum premitur, cuius primarius auctor & Dux Fridericus de S ruerde Archiepiscopus Coloniensis extitit. Electores enim, reliquique alicuius nominis Principes, tum ob VVenceslai Imp. ignauiam quodcunque siue libitum fuit, licere quoque in animum induxerant. Is igitur, ne non negotium rectè succederet, in societatem belli secum traxerat Archiepiscopum quoque Moguntinum & Treuirensem, Episcopos item Ratisponensem, Bambergensem, Padibornensem, atque Osnabrugẽsem, Bauariæ item Ducem, necnon Fredericum Comitem Palatinum Rheni: Duces quoque Iuliç, & Montis, cum non parua aliorum Comitum & Baronum manu, quib⁹ se etiam contra fœdera iam pridem

 consti

conſtituta ſociauerat Engelbertus Comes Marckenſis, quem & comitabãtur Henricus Epiſcopus Monaſterienſis, Otto Dux Brunſvvicenſis, Otto Comes de Tecklenborg, Otto Comes Retbergę, Otto Comes Holſatiæ & de Schauvvenburg, Domini item de Steinuorde, Solmis, & Burchgrauius in Stromberg, cum nonnullis alijs Baronibus, rati pro certo tam amplis vndique contractis copijs à nemine reſiſti poſſe, neque difficilè nunc futurum, infeſtam vtrique, & nunc ab Imperatore neglectam, deſertamque vrbem funditus excindere, tantaque potentia facilè poſſe edomari. Caſtra igitur in conſpectu vrbis vndique figere, vias obſidere, Ciues ſine intermiſſione conflictibus laceſſere, tormentisque ignitis diuexare occœperunt. Sed illi ſtipendiario milite, præter ſuorũ præſidia ſatis antea inſtructi, hoſtiũ impreſſiones paruifacere, imò etiã eruptionibus quotidianis in hoſtica terra caſtrisque prædas agere, hoſtẽque muris abcedere coêgerunt. Nihilominus in obſidione pertinaces

principes, per annum integrum & nouem menſes, erectis hinc inde qua commeatus importari poterãt prætenturis, & munitionibus, penuria tandẽ Ciues ad deditionẽ cogere nitebantur. Quã in rẽ cũ antea quoq; abundè proſpectũ eſſet, & hi conatus incaſſum ierunt. Ad pacis igitur mentionẽ deuentũ eſt, quæ cũ fruſtra ſæpius, interuentu nonnullorũ principũ tentata eſſet, tandẽ à quorundã vicinarum vrbium Legatis, perſuadere ſibi ciues paſſi ſunt, vt cõditiones nonnullas reciperent, & tranquillitatis publicæ ergò partem aliquam bellicorum ſumptuum videlicet quatuordecim millium florenorum perſoluerent. Qua de re literæ publicæ erectæ, documentaque conſignata ſunt, atque ita ab obſidione diuturna tandem diſceſſum. Sed quæ tot fruſtra admotis machinis euerti non potuit Reſpub. hæc poſteris inde temporibus, cùm recolligere ſeſe debuiſſet, Ciuili diſcordia atq; inteſtinis odijs penè tota cõcidiſſet. Nã ſeditione excitata, ciues, Magiſtratum officijs deturbãt,

in carceres conijciunt, ex vinculis causas dicere compellunt. Sua enim incuria peculiū Reip. diminutū, ærariū exhaustū, telonia vrbis, vectigaliaq́ue oppignorata, & distracta dicere, imò ad redhibitionem cōpellere. Senatus verò, licet culpam hanc in bella retroacta, obsidionemq́ue nuper perpessam, sumptusque immensos propterea erogatos reijceret, atque Tribunal Cæsaris prouocaret, tamē excusatio hæc neutiquā audita est, adeò vt viritim singuli de suis facultatibus denique conferre, omneq́ue æs alienum soluere coacti sint. Quin & eo deuentum est, vt in Magistratū (qui hactenus ab ipsis Reip. incunabilis è Nobilibus tantū familijs legi consueuerat, in eum deinceps ex sex quoque Tribubus, singulos cooptari oporteret: quod anno primum salutis M. CCCC. permissum, denique atque vsu receptū annales testantur, hac ratione discordia motusq́ue ciuiles tandem sopiti, pacisq́ue publicæ ergò pactum conuentum est, vt acceptæ illatæq́ue iniuriæ perpetua obliuione delerētur.

tur. Vulnus tamen hoc Reip. inflictũ, lentam multorum annorum medelam vix suscepit, donec perspecto ciues periculo, paribus cum Senatu optimatibusque votis aduigilandum esse decreuerunt, ne Resp. detrimentum caperet. Itaque vt ab externa quoque violentia tutiores fierent, fœdera iterum cum vicinis Principibus sancita, simultatesque anteriores vndique sublatæ sunt; quod testantur publica monumenta, tam cum Archiepiscopis Coloniensibus, quam Comitibus de Marca, diuersis temporibus erecta. Mox enim à motu isto Ciuili, cum Adolpho Comite Cleuensi, eiusque fratre Gerhardo Comite Marcico antiqua fœdera renouantur, ipsique Comites patrocinium vrbis in rebus difficilioribus acceptis eo nomine, mutuo tribus millibus florenis) suscipiunt. Quibus se quoque filius eius Adolphus in concilio Constantinus, Ducatus titulo insignitus, Anno videlicet, M.CCCCXIX. maiore etiam quam parens beneuolentiã sponte obstringit. Post quinquen-

nium verò perdurantibus, in longum fraternis inter Adolphum Ducem Cleuensem, & Gerhardum Comitem de Marca, ijsdemque capitalibus dissidijs, ne ciuitas ob vicinitatem hisce quoque motibus inuolueretur, apud Cæsarem prospectum est, vt Theodorus de Moerse Archiepiscopus Coloniensis, temporalem quandam sui tutelam defensionemque, si res postularet, susciperet, quod tabulæ eius an. M.CCCC. XXIV. consignatæ & subscriptæ luculenter contestantur. Hisce quoq; Gerhardus Comes de Marca, anno subsequente semet obstrinxit, vt tātò validiùs, eorum præsidio contra fratrem Adolphum communiretur, eiusque potentiæ resisteret. Sed longum nimis foret persequi fœdera ista omnia, atque amicitias toties renouatas, quę deinceps inter Adolphum, item Ioannem Adolphi filium, Ducem Cleuensem, & Comitem de Marca, eiusque successorem, & filium quoque Ioannem, denique cum illustrissimo Principe & Domino D. VVilhelmo, eiusque parente

rente Ioanne Ducibus Iuliæ, Cleuorũ, Mõtis, Comitibusque de Marca, ad hæc nostra vsque tempora intercesserunt, quibus omnibus prospectum est, vt firma pax Reip. conciliaretur, simultatum materies sustollatur, commercia vltro citroque essent libera, deniq; Ius ipsũ, æquitasque inter subditos, iam à multa annorum serie, nullis dissidijs interrupta viguerint. Sed de origine atque incrementis veteris Reip. Trotmãnorum hæc breuiter sint satis.

Nunc tribus quoque verbis demonstrandum est, quantis olim hãc Rom. Imp. priuilegijs communiuerint, & quomodo integrum totius vrbis & Comitatus Ius maiorum temporibus ad Senatum, populumque Tremoniensem fœliciter deuolutum sit. Inter verò beneficia à regibus quondam accepta, hoc non in minimis ponendum. Quod omnes sentẽtiæ rerum controuersiarũ, de quibus dubitabatur apud Senatum eius vrbis, requirendæ essent inter Rhenum & VVeseram, de omnibus (vt habent statuti verba) ci-

uitatib9 Teutoniæ, quæ ſunt in Rom. Imp. ex iſta parte Alpium, &c. Similiter quod à DD. Imperatore hanc libertatē impetrauerant, ne vel ad mandatum ipſius vel alterius cuiuſquam principis, externum militem recipere, aut foras ad præliandum euocari aut ſequi vllius militiam cogerentur, ſed munitionum ſuarum defenſioni incumbere tantum relinquerentur. Quod item ab omnibus vectigalibus, telonijs exactionibus terra marique liberi, vndecunque per Rom. Imperium eſſent, neve à quoquam ad externa Iudicia inuiti extra territorium ſuum compellerentur, tam ab antiquitus recepta conſuetudine, quam Friderici quoque ſecundi, Lodovvici itē & Caroli IV. auctoritate, & diplomatis abundè proſpectum eſt. Hæc autem aliaque multa, quæ longum eſſet enumerare, conceſſa illis priuilegia, quæque alias ſalubriter apud ipſos conſtituta fuerunt, tantam apud exteros conciliarunt illis dignitatē, vt noua ſua oppida, municipiaque ad Reip. eorum normam compone-

ponere exoptauerint. Vti constat, Annonem quendam Teutonici olim per Liuoniam Magistrum, inrecens à se armis domita, subactaque Curonia oppidum construxisse, nouamque Tremoniam vulgari idiomate, Dorpte hodie etiamnum appellatam vocasse. Quod cum ad cõsuetudines, & plebiscita vrbis Tremoniensis confirmare cuperet, missa Legatione, earum Exemplar à Senatu facilè impetrauit, vt in ipsis literis & statutorum, quę extat formula anno salutis M.CCLXXV. ad eũ transmissis videre est. Porrò etsi comitatus vrbis & ditionis Tremoniẽsis à sola Regum beneficentia antiquitus penderet, tamen paulatim, cũ à domo Saxonica Imperij dignitas trãslata esset, Cæsaresq; rarò in VVestphalia versarentur, hæreditarius esse cœpit, ea ratione, vt Comitum successores feudi eũ nomine ab Imp. liberum acciperent. Hi igitur medietatem Iuris sui demum in Senatum trãstulere, quod luculenter demonstrant literæ à Conrado Comite anno M.CCCXLIII. Senatui tra-

ditæ,quibus alienationem à maioribus suis quondam factam, sub certis legibus ratam habet atque cõfirmat. Partito igitur, & æquabili iure Comes & Senatus Iurisdictionem deinceps, longa annorum serie exercuerunt, donec Ioannes Steckius, ad quem dotali Iure ex familia Lindenhorstana Comitatus demum deuolutus erat, alteram quoque medietatem, cum gladij nunc omnimoda potestate, necnon Iure possessionibusque suis vniuersis exempto, in Senatum liberè transferret. Quã translationem Maximilianus Imp. anno salutis M.IↃ.IV. Regio suo diplomate ratam habet atque confirmat, integrum deinceps Comitatũ Proconsulibus, & Senatui cum VRIGRAVIATV eius, necnon Iure vniuerso permittens, liberique Feudi nomine contribuens. Et cum ab antiquitus recepta consuetudine bini Consules complicatis manibus, osculum genæ Imperatoris præbentes (vt veteres Membranæ testãtur) Comitatus Iura solerent accipere, tamẽ hic mos deinceps in desuetudinem

abijt.

abiit. Quemadmodum & anno M. IↃ.XX. Carolus V. Rom. Imp. Hilbrãdo de Nigris cognomento Scvvartzen, ſolita iuramenta præſtanti, de manu Comitatum hunc tradidit. Et Caroli ſucceſſores DD. Imper. hic Lamberto, ille Detmaro à Berſvvordt, parenti nimirũ, filioque vetuſta appellatione de Apri area cognominatis, eũdem quoque ſub cõcepta verborum formula tradidere. Senatus igitur hac ratione per Vrbem & Comitatum vniuerſum abſoluta poteſtate vtitur, fruitur, qui dirimendis quotidianis, & tam ciuilibus, quam criminalibus controuerſijs, Prætorem Vrbanum ab antiquitus recepta conſuetudine præficere ſolet. Cuius tamen decreta, ſi in dubium vocentur, finalibus ipſius Senatus ſententijs terminari oporteat.

FINIS.

